ſolatrum ⁊ ſimilia. Item medicina mol
litiua operatur ꝑ calida mediocrit᷑ ⁊ mul
tũ humida. ſimiliter ⁊ maturatiua. Itẽ
apertiua. vritiuã ⁊ attenuatiuã habent v
tutem. aperit eni meatus opilatos ⁊ atte-
nuat viſcoſos humores atq₃ ſiccos et h
facit per calidũ atq₃ ſiccũ. Item mũdifi
catiua operatur vel diſſoluẽdo vt calamẽ
tũ ꝟ mollificãdo vt caſſia fiſtula. malua
vel terreſtritate ⁊ ſiccitate ſua ſordes ab
ſtergendo. Sunt aũt multe alie ſpecies
medicine ⁊ differentie ſicut mortifica-
tiua. corroſiua. vritiua. dyaforetica. re-
percuſſiua. mitigatiua ⁊ hmõi. de quibꝫ
tractatur in libro de ſimplici medicina.
Sed hec de ꝓprietatibus infirmitatum
⁊ medicinarũ cõditionibꝫ ꝓut ad pñs
opuſculũ ꝑtinet ſufficiant vt ſic huic ne
gocio finem imponamꝰ.

# Incipit liber octa uus de mũdo ⁊ corporibꝫ celeſtibꝫ

Poſtquam auxiliãte deo tractatũ ẽ
de diuinis nominibꝫ de
angelorum ꝓprietatibus
necnõ de homine et eius
partibus et accidentibꝫ
et ipſius conditionibus compleuimus
reſtat vt ad proprietates mundi ſenſi-
bilis quãtum nobis datur de ſuper ma-
nus apponamus. vt materiam diuine
laudis ex proprietatibus operationum
poſſimus elicere conditoris. Inuiſibi-
lia enim dei per ea que facta ſunt intelle
cta conſpiciuntur vt dicit apoſtolus. At
ideo aliquas mundi huius ⁊ contento-
rum ipſius proprietates huic opuſculo
breui ſub compendio interſerere propo
nimus vt per ſimilitudinem proprieta-
tum corporalium. intellectum ſpiritua-
lem et myſticum facilius in diuinis ſcri
pturis accipere valeamus. A proprieta
tibus itaq₃ mundi inchoandum eſt.

## Capitulum. I.

Quid ſit mundus

Mundus itaq₃ vt dicit mercuriꝰ.
dicitur tribus modis. Nam mundus di-
citur diuinus intellectus mũdus. ſ. ar-
chetipus incorporeus inuiſibilis et eter-
nus ad cuius exemplum mundus ſenſi
bilis eſt creatus ſicut dicit Boeciꝰ. Tu
cuncta ſuperno ducis ab exemplo pulcꝛ
pulcerrimus ipſe. Mundum mente ge-
rens. ſimiliq₃ imagine formans ⁊c. Se-
cundo modo dicitur mundus vniuerſi-
tas eorꝫ que celi ambitu cõtinẽtur vt ce
lum in quo ſydera lucent. ignis in quo
omnia calent. aer in quo omnia viuen-
tia ſpirant ⁊ vigent. Aqua que terre late
ra circũcingit. terra que omnia inferio-
ra ſuſtinet atq₃ nutrit. de quo dicit᷑ mun
dus ꝑ ipſum factus eſt. Tercio dicitur
homo minor mũdus. quia totius mũdi
imaginem in ſe repñſentat. Eſt itaq₃ pri
mus mundus eternus in diuina mente
eternaliter permanens. ſecundus mun-
dus perpetuus eſt diuina voluntate eſſe
perpetuum ⁊ originem ex illo contrahens
tercius ſm quid eſt perpetuus. ſm quid
eſt caducus omnium ſimilitudinem in
ſe gerens. De primo autem mundo et
de tercio in precedentibus dictum eſt.
Nunc de mundo ſenſibili dicendum eſt
Mundus igitur vt dicit marci. eſt vni-
uerſitas creatorum conglobata in ſpere
modum. Nam mundus ſpericam ⁊ cir-
cularem habet ſpeciem et figuram. Nec
fuit vt dicit Marcianus. alia figura mũ
do ita congrua ſicut orbicularis ⁊ rotun
da ⁊ hoc propter vniuerſitatis perfectio-
nem. ⁊ propter illam quam habet in eſſe
perpetuo cum ſuo opifice qui fine caret
et principio configurationem. Mundũ
autem totum phi in duas partes diui-
ſerunt. quarum nobilior ⁊ ſimplicior pꝰ
ſuperior et actiua a circulo lune ſe exten
dens vſq₃ ad planeticam regionem. Al-
tera pars eſt inferior paſſiua que a luna
ri globo incipit et vſq₃ ad centrum ter-
re inferius ſe protendit. Iſtum particu
larem mundum inferiorẽ deſcribit mar-
cia. Mundus inquit eſt circulus ex qua
tuor elementis eiſdẽ totis in ſpere mo
dum conglobatis terram in medio vn
diq₃ defixam eternis celi raptibus ar-
cũcurrens. Ad iſtius mundi compoſitio

nem creauit diuina virtus primordialē
materiā in qua velut in quadam maſſa
erant potentialiter quatuor elementa
non diſtincta ſicut modo ſed erant per/
mixta. ⁊ illa maſſa yle a platone in thi/
meo eſt vocata ex qua diuina ſapientia
omnia elementa. ⁊ elementata compo/
ſuit ⁊ produxit ⁊ proprijs qualitatibus
in regionibus ordinauit ſingula ⁊ diſti
xit. Nam quod in illa materia calidum
fuit et ſiccum ceſſit in materiam ignis
quem ratione ſue leuitatis diuina ſapi
entia ſupius collocauit. Quod vero fri
gidum et ſiccum in ſumma fuit ceſſit in
materiam terre quam ſua ponderoſitas
⁊ compactio inferius poſuit. Quod au/
tem calidum ⁊ humidum fuit in materi
am aeris ceſſit. Quod vero frigidum et
humidum in materiam aque conuertit.
Et hec duo elementa ſm maiorē vel mi
norem leuitatem ⁊ rarefactibilem ſub/
tilitatem in medio ignis ⁊ terre colloca
uit. Unde iſtam materiam primam pla
to vt potuit ī thimeo ſic deſcripſit. Fuit
enim yle. i. prima materia ſine qualitate
⁊ ſine quantitate. ſine colore. ſine ſpecie.
ſine loco. ſine tempore. inter aliquā ſub/
ſtantiam ⁊ nullam exiſtens ⁊c. Hec ver/
ba multum ſunt difficilia tamen ſic ex/
ponuntur. quia dicitur fuiſſe ſine quan/
titate. non quia omnino fuerit ſine om/
ni quanto. ſed quia non fuit determina/
te quātitatis. quo ad nos ſicut gigas di/
citur imenſus quātum excedit aliorum
hominum quātitatem. Ideo etiam ſine
qualitate dicitur. quia non habuit a q̄/
litate aliqua ſpecialiter nominari. non
enim potuit plus calida q̄ȝ frigida dici.
nec econuerſo ⁊ ſic de alijs. Sine colore.
quia non habuit aliquē colorem innatū
in aliquo elemento. Sine tempore fuit
quia nōdum fuerāt tempora ⁊ temporuȝ
viciſſitudines quādo hec materia ē crea
ta. Sine loco fuit. quia non habuit de/
terminatū locum plus ſurſum q̄ȝ deorſū
nec plus in latum q̄ȝ in longū. Inter ali
quā ſubſtātiā eſt ⁊ nullā. quia nulla ſub/
ſtantia materialis p̄cedit illā. ſed aliq̄
eſt ſecuta. Materiale igitur principiū
mūdi inferioris fuit illa materia inuiſa

ſcȝ prima materia cōmunis que omniū
formarum ⁊ qualitatū fuit ſuſceptibilis. q̄
etiā ſub diuerſis ſpeciebꝫ ⁊ formis cōſer
uatur. Permanet eī hec materia quo ad
ſubſtātiā incorrupta q̄ȝuis ꝯtinue quo
ad qualitates trāſmutabiles alteretur.
quia iſta materia que modo per rarefa/
ctionē manet ſub forma ignis ⁊ ſub igne
ſtatim p̄ ꝯdenſationē induet formā ae/
ris que prius ſub ſpecie ignea fuit ignis
Ex quo pȝ q̄ prima materia qua mūdꝰ
materialiter conſtat eſt ingenerabilis ⁊
incorruptibilis a qua omnia materialia
incipiūt ⁊ in quā redeūt tanq̄ȝ ad matri
cem. Mūdus itaq̄ȝ ex rebꝫ multis oppo
ſitis ⁊ cōtrarijs eſt compoſitus ⁊ tm̄ in ſe
eſt vnus. Mūdus enī vnus eſt numero
⁊ nō plures mundi ⁊ hoc p̄pter materie
vnitatē ſicut in libro dicit̄ de celo ⁊ mū/
do. Occupat enī totā materiā ſuā ſicut
ibi dicit̄ in ca. de eter. m ū. Mūdus ergo
de quo hic loq̄mur nō eſt diuerſus in ſe
neq̄ȝ diuiſus ſm ſubſtātiā q̄ȝuis in ipſiꝰ
partibꝫ inueniat̄ ꝯtrarietas. quo ad ali
quā qualitatis repugnātiā. Sūmā enī
⁊ neceſſariā habet mūdus in ſuo toto cō
uenientiā ⁊ quaſi quādā. muſicā armo/
niā q̄ȝuis in aliquibꝫ eius ptibꝫ p̄pter q̄/
litates repugnātes aliquā pati diſſimi
litudinē videat̄ ſic exp̄ſſe dicit Aug. ſu
per geñ. Trāſibit aūt mūdus iſte quo ad
iſtā paſſibilē quā modo habet ſpeciem ⁊
figurā. Sed p̄manebit in eſſe perpetuo
quo ad ſubſtātiā ⁊ naturā ſicut idē aſſe/
rit augꝰ. Et dicit gloſa ibi. Celū ⁊ terra
trāſibūt ⁊c. Math. xxiiij. Ex quo pȝ q̄
mūdus rōne ſue mutatōis eſt ſiq̄dē ad
mirandus. nihilominꝰ tm̄ p̄pter materie
nobilitatē. ⁊ forme v̄tuale actualitatē. ⁊
per ꝯſ p̄ductionis ⁊ generatōis rerum taȝ
facilē poteſtatē nō taȝ ipſe mūdus q̄ȝ mū
di opifex deus ſup omnia eſt laudādus
Nulla enī eſt tā vilis tā infima in tota
mūdi machina ps ſiue pticula in qua tā
in materia q̄ȝ in v̄tute ⁊ forma nō relu
ceat laus diuina. Nam in materia ⁊ for
ma mūdi quedā eſt differētia. ſed cuȝ ar
monia eſt ps ſūma. Naȝ illa ps mūdi q̄
ſm naturā purior ⁊ ſimplicior ē atq̄ȝ no
bilior. vniformē habet inclinatōȝ ⁊ appe

ſitum ad nobilioris forme ſuſceptionē
et que ſpūalior eſt magis eſt inclinabi/
lis ad formā ſpūaliorē. Unde materia
celeſtis ſimpliciorē ⁊ nobiliorē reddit ⁊
exigit formam q̃ elementaris. ⁊ etiam
ipſa materia celeſtis nobilior eſt ⁊ ſim/
plicior in nobiliori corpore vt in ſole q̃
in luna vel in mercurio vel in marte. Ma
teria enim elementaris nobilior eſt in
igne q̃ in aere vel in ceteris. vnde groſ/
ſior eſt materia in terra q̃ in alijs. Nā
ibi ſunt plures partes materie aggre/
gate ſm ariſto. vnde dicit q̄ ex vno pu/
gillo terre fiunt decem aque imo mate
ria vnius elementi purior eſt in vna p
te q̃ in alia. ſicut dicit in primo methe
ororum. partes enī ignis ſuperiores nobi
liores ⁊ ſimpliciores ⁊ partes terre cen
trales ſunt groſſiores cōpactiores ⁊ im/
puriores. Cum enim partes mixtorum
ſunt ab elementis ſm qd̓ partes elemē
tares ſunt puriores vel nobiliores fiūt
mixta ſimpliciora vl̓ puriora. Et ſm qd̓
ecōuerſo eſt in elementis econuerſo eſt
in mixtis. Nobilior itaq̄ materia mun/
di cōſtitutiua. nobiliori indiget forma
Et ideo ſolet diſponi materia ſm quod
exigit forma. quia ſi de terra debeat fieri
ignis. oportet q̄ materialis terre groſſi/
cies ſubtilietur ⁊ depuretur. et ſpūalior
et ſimplicior efficiatur vt ſic ſimpliciori
forma ſcꝫ ignea induatur. Et vt breui/
ter dicam neceſſe eſt vt ſm forme pro/
prietatem ipſa materia p̄paretur. Con
ſideratur itaq̄ mundi nobilitas ſm ſui
partes digniores ⁊ etiam effectus nobi
liores. Et ideo pars mundi ſuperior re
putatur dignior. quia ibi materia ē pu/
rior ⁊ forma eſt pulcrior ⁊ virtus ampli
or in ſuperiorib̓ inuenitur. Tanto enim
mundus in vniuerſo pulcrior eſt ⁊ decē
tior redditur quāto deformis pars mun
di inferior ſuperioris pulcritudine. decē
tiori gloria inſignitur ſicut dicit Augu/
ſtinus. quedā p̄fectio claritatis ⁊ virtu
tis que in ſuperiorib̓ p̄cellit ad perfectiō
nem inferiorē ⁊ decorationem cōtinue ſe
diffundit. Qd̓ etiam videtur infima ps
mundi in decore ⁊ luminoſitate amiſiſſe
hoc recuperat in fecūditatis gratia ⁊ vir/

tute. Non enī minus eſt admiranda ter
re virtuoſa fecūditas in p̄ductione her/
barum arborū florum ⁊ fructuū in gene/
ratione varia animaliū ⁊ reptilium. In
varia p̄ductione metallorū gēmarū ⁊ la/
pidum q̃ ſit admiranda celi claritas cū
diuerſitate ſuorū orbium ⁊ aſtrorū. Et
q̃uis mundus tot laudabilib̓ rerū dif/
ferentijs ſit diuine virtutis inſignitus
potentia. multis tamen defectib̓ ⁊ cōdi
tionib̓ miſerabilib̓ quātum ad eius in
feriorem partem vndiq̄ eſt ſubiectus.
Nam mūdus iſte q̃uis videatur eſſe ge
nitor ⁊ nutritor corporū. carcer tamē eſt
ſpirituū ⁊ animarū duriſſimū exilium
eſt ac locus miſeriarū innumerabilium
et penarum. Nam mūdus locus eſt rea/
tus ⁊ tranſgreſſionis. Incolatus ⁊ pere/
grinationis. doloris ⁊ lacrimationis. la/
boris ⁊ fatigationis horroris ⁊ confuſio/
nis. motus ⁊ mutationis fluxus ⁊ alte/
rationis. tranſitus ⁊ corruptionis. inſo
lentie ⁊ p̄turbationis. violentie ⁊ oppreſ
ſionis fraudulētie ⁊ deceptionis. In mū
do nihil aliud inuenitur q̃ vanitas. ma
lignitas. cupiditas. anxietas. defectibili
tas. ⁊ vetuſtas. mundus notos allicit ⁊
diligit. ignotos abijcit ⁊ ꝯtemnit. mun
dus multis obeſt paucis prodeſt. Ama
tores ſuos decipit ⁊ fallit. Nam multa
promittit. ſed ad vltimum pauca ſoluit
cōtemptores ſuos ad modū vmbre in/
ſequitur ⁊ apprehendere non deſinit. ſed
ſuos ſequaces fugere ſatagit ⁊ cōtendit
et ideo illos quos maxime diuitijs ⁊ ho
noribus hic extollit. in fine maxime de/
pauperare ⁊ deijcere conſueuit. Et vt v
bis beati Grego. vtar fugiend̓ eſt mun
dus etiā ſi p̄ſperis nos demulcet. Qui
ergo tot calamitatibus pulſat q̇d aliud
q̃ vt deſeratur clamat. Et hec de p̄pe/
tatibus mundi in generali dicta iā ſuf/
ficiant.

## Capitulum. II.

De celorū diſtinctione

Nunc ad deſcribendas proprieta
tes eius aliquas de celo ⁊ ei᷒ par
tibus xp̄o adiuuante manū apponamus
Nam celum angelorum ⁊ hominum ho/

norum locus eſt ⁊ habitaculum vt dicit
Beda. Celum aũt ſm ſanctorum tradi
tiones aliud eſt viſibile aliud inuiſibile
Celum aũt viſibile eſt multiplex. ſicut
dicit gloſa ſuper deut. x. ibi. celum domi/
ni dei tui eſt ⁊ celum celi. Septe; ſunt
celi. ſ. aereum. ethereum. olympeũ. ignet
um. firmamentum. aqueum. empireum
celum ſc; angeloꝝ. Celum itaq; aereu;
vocatur medium aeris interſticium. qð
a groſſis vaporib; aque ⁊ terre nõ ꝑ om
nia eſt infectu;. vnde illa pars aeris pu
rior. ⁊ ab inferioribus qualitatib; im per/
mixtior propter ſui puritate; ⁊ dyapha
neitatem ſiue naturam tranſparentem
celi nomine nũcupatur ſicut dicitur ſu/
per Math. xiij. volucres celi comederũt
illud ⁊c. Celum ethereũ ſm quoſda; vo
catur ſupremũ aeris interſticium quod
imediatius ſpere ignis eſt cõiunctum ⁊
dicitur ethereum. quia illud mediũ in/
ter ignem ⁊ aerem confiniũ eſt ab igne
ſplendoris ⁊ illuminationis receptiuũ
Etheros eni grece ſplendor dicitur lati
ne. vt dicit Iſid. Celum vero igneũ ſm
quoſdam vocatur centrum ſpere ignis ꝓ
pter ipſius ignis puritatem ſubtilitatẽ
⁊ ſummã quã habet pre ceteris elemen
tis actualitatem ⁊ propter alias quaſdã
nobiles celeſtes quas conſequitur ex vi
cinitate orbis planetarum ꝓprietates
ſm Grego. autẽ ſuper locum illum iob.
Intuere celum et contemplare ethera
⁊c. Nomine etheris intelligitur tota re/
gio a luna vſq; ad ſtellas fixas in q̃ ſunt
orbes ⁊ circuli ſeptem planetarũ. Que
re infra proximo de ethere quid ſup hoc
ſentiat Marci. Alexander ſic ordinat
ſeptem celos dicens. Primu; celum eſt
luminis datiuũ vniforme ⁊ non motu;
ſc; celum empireum. Secundu; celum
donatiuũ dicit eſſe luminis vniforme ⁊
motum. ſ. aqueum ⁊ criſtallinum. Terci
um datiuũ luminis non ſm omnẽ par
tem luminoſitatis vniforme et motum
vt celum ſtellarum. Quartum eſt rece
ptiuum luminis ſine calore ſc; olympi
cum. Quintum eſt receptiuu; luminis
cum calore. ſ. celum igneum. Sextu; eſt
receptiuũ luminis cõiunctũ cum parte
ſuperiori ⁊ dicitur celum ethereum. Septi
mum eſt receptiuũ luminis cõiunctum
cum parte inferiori. ſ. aereum. Et ſic vi
detur vocare olympum regionem orbiũ
planetarum. quia illud ſpacium eſt con
tinue luminoſum. Firmamentũ autem
vocat celum primũ ſm phõs ⁊ vltimu;
in cuius cõuexitate ſita ſunt corpora ſy/
derum ⁊ ſtellarum. Nam phi nõ ponunt
niſi ſolum celum vnum. imo vt dicit ba
ſilius in exameron. Prius phi linguas
corroderent q̃; plures celos eſſe cõſen/
tirent Illud autem celum ſc; firmamen
tum ſic deſcribit ariſto. in li. de cauſis ele
mentoꝝ. Celum inquit eſt quintum ele
mentum ab elemẽtis inferioribus diſcre
tum naturali proprietate ac diſtinctu;
Neq; eni graue eſt quia tunc deſcende/
re poſſet. neq; leue. quia tũc forſan aſcẽ
deret. quia ſi eſſet vnum ex quatuor. vel
eſſet compoſitũ ex quatuor. ingrederetur
in ipſum corruptio vniuerſaliter vel ꝑ/
ticulariter. imo ſicut dicitur ibidẽ. Crea/
tor poſuit ipſum cauſam ⁊ principiũ ge/
nerationis ⁊ corruptionis. Et ideo ne/
ceſſe fuit ipſum eſſe ingenerabile ⁊ icor
ruptibile ne pro querendo generatõnis
⁊ corruptionis principio eſſet abire ad
infinitum. Eſt aũt celum illud inquietũ
⁊ mobile vniuerſaliter. cuius motus eſt
reuolubilis ſupra medium. ſ. ſuper axẽ.
qui ſtat fixus inter duos polos imobili
ter. ſ. meridionalem ⁊ ſeptẽtrionalem et
illud celum eſt finitum quo ad dimẽſio
nem ⁊ loci extenſionem ſed eſt ſempiter
num quo ad motum. Mouetur enim a
motore infinite potentie. ſ. a deo qui eſt
ſublimis et glorioſus in ſecula. hucuſq;
ariſto. in li. de ca. ele. Uocat autem polos
duas ſtellas in ſummis celi extremita
tibus in ipſius medio ſuperius ⁊ inferi⁹
collocatas quarum vna eſt ſuperius po
ſita in medio celi ad ſeptẽtrionem ⁊ dici
tur polus arthicus. Alia eſt ex oppoſito
ad meridiem et dicitur polus antharti
cus quaſi contra polum arthicum poſit⁹
Inter duos iſtos polos quaſi inter du/
as ſui extremitates celu; obliq̃ mouet̃
ab oriente vſq; ad occidentem. et ab oc
cidente iterum vſq; ad orientem. ⁊ hoc

ſemper vniformiter ſicut rota mouetur
circa axem. vnde axem vocat ariſto. quā
dam lineā intellectualem porrectā a po
lo vſqꝫ ad polum dyametraliter ⁊ exten
ſam. circa cuiꝰ medium totius celi ambi
tus eq̄liter circūfertur ſic ibidē dicit cō
mentator. De iſtius celi natura dicitur
in libro de ce. ⁊ mū. ſm nouā tranſlatio/
nem. Celum inquit eſt vnum cōpoſituꝫ
ex materia quoniā continet materiā ex
qua ⁊ celū nominat. que eſt vltimus in/
ceſſus totius ſcꝫ vniuerſi. ⁊ ſequit in eo
dem nō ſunt neqꝫ fuerunt. neqꝫ erunt ce
li multi. Celum enī eſt vnum ꝑfectum
completū cui nō eſt ſimile. neqꝫ eſt locꝰ
extra celuꝫ. neqꝫ corpus. neqꝫ vacuitas.
neqꝫ plenitudo. neqꝫ tempus qđ eſt nu
merus motus. vnde illic eſt vita fixa. ſ.
extra vltimū. ⁊ eſt ſempiterna. que neqꝫ
deficit neqꝫ finit. ⁊ illa eſt vera vita. Itē
idem ibidem. celum neqꝫ fabricatum eſt
neqꝫ generatū. ſed ſimplex eſt. cuiꝰ mo/
tus eſt equalis in quo nō eſt diuerſitas
⁊ eſt motus eius ſingularis ⁊ circularis
cuius motor eſt ſpūs qui mouet illđ ſua
volūtate. ⁊ cōtinuatur radius celi cū ra/
dio ignis ⁊ cōiunctus eſt cū illo ad vtili
tatem hominū propter ꝑmanentiā vite
Firmamentū itaqꝫ vocatur celum. quia
ſolidum eſt ⁊ firmū. quia terminū habet
intranſgreſſibilē vnde pre nimia firmi
tatis ſui permanentia incorruptibile eſt
et imutabile tam in ſubſtantia qꝫ in for
ma. Eſt autem forma eius ſperica ⁊ con/
uexa ⁊ quaſi cōcaua quo ad nos. ſed qua
ſi cōuexa quo ad ea que ſunt ſupra celuꝫ
cuius motus eſt naturaliter circularis ⁊
mouetur oblique ⁊ circulariter ab orien
te in occidentem. voluitqꝫ ſecum ⁊ circū
ducit motu ſimplici ⁊ vniformi infra di
ei et noctis ſpacium totum qđ ſub ipſo
eſt. vſqꝫ ad ignis regionem. vnde orbes
ſeptem planetarum ſecum rapit ⁊ circū
ducit. Omne autem qđ ſub ipſo eſt. vt
dicit Rabanꝰ. virtuti eius motiue obe
dit ordine vniformi ⁊ imꝑturbato. vir/
tus quoqꝫ eius motiua ſicut ipſemet di
cit ſuper expoſitione geñ. extendit ſe vſ/
qꝫ ad inferiora hec elementa. vñ ⁊ ignē
ſuperiorem creditur ſecum circūrotare.

peruenit quoqꝫ huius motiue virtutis
actio vſqꝫ ad aerem et vſqꝫ ad aquas in
quib9 quo ad fluxū ⁊ refluxū. in ꝑte ma/
rina facit exuberationē. Hec aūt tria ele
menta. ſ. aer ignis ⁊ aqua obediunt q̄deꝫ
motui celi. ſed non vno modo neqꝫ vno
ordine ipſum imitantur. ſed ſm magis
⁊ minus ⁊ qđ ſuꝑius eſt ⁊ leuius ⁊ puriꝰ
obedit magis ⁊ qđ eſt minus tale ſequit
tardius ⁊ obedit minus. Terra huic ce/
leſti motui non obedit ⁊ virtuti vt ab eo
ſuſcipiat localem motionē. qꝫuis ad pro
ducendas ex ſe ſpēs diuerſas eius ſuſci
piat impſſiones. Habet igitur firmamē
tum ſicut dicit idē rabanus quo ad mo
tum inceſſum vniformē. ordinatū ⁊ ip/
turbatū. omniū tamen motuū velociſſi
mum vnde ne ꝓpter velocitatem motus
eius mundi machina diſſoluatur. retar/
datur ordinato motu planetarum. ⁊ ſic
motus eius impetus motu cōtrario mo
deratur. Mouetur quoqꝫ ⁊ quieſcit. qꝛ li
cet in partib9 mutet ſitū. tamen in toto
neqꝫ ſitū mutat neqꝫ variat locū. Tur/
batis igitur inferiorib9. ⁊ quaſi caſuali/
ter fluctuantib9 celum cum ſuis orbibꝰ
ordinis ſui tenorē ſaltem in puncto nul
la tenus derelinquit vnde motus celi eſt
totius tpis primū ſubiectū ⁊ modus et
regula omniū motuum alioꝝ. Eſt igitur
firmamentū mediante motu ſuo gene/
rationis ⁊ corruptionis in mundo infe/
riori principiū effectiuuꝫ. Cuiꝰ ratio vt
dicit rabanꝰ. quoniā firmamentū ſui lu
minis virtutē generationis effectiuam
ad terrā tanqꝫ ad propriū centrum diri
git ⁊ deſtinat. ⁊ radios ſuos in terre ſuꝑ
ficie aggregat maxime ⁊ coadunat. ſicut
oſtenditur in ſcia ꝑſpectiua. Omne enī
corpus ſpericū concauū ⁊ luminoſum in
quolibet puncto ſuo dirigit vnam lineā
radioſam in centrū illius corporis lumio/
ſi ad ſuꝑficiē centri. ⁊ quāto quelibet li/
nea radioſa eſt vicinior alteri linee exeū
ti ad ſuꝑficiē centri. tanto ex vicinitate
vnius ad aliā eſt fortior ad imprimēdū
in centro effectū ſuum. Ex quo manife
ſtum eſt qꝫ cū corpus celi ſit ſpericū. con/
uexū ⁊ luminoſum. ⁊ terra reſpectu ma/
gnitudinis celi non obtineat niſi vicem

puncti cũ ſit centrũ. in terra neceſſario
fit maxima aggregatio celeſtiũ radioꝝ.
Ex quoꝝ virtute ⁊ cõtactu fit maxia ge
neratio ⁊ ꝓductio rerũ generabilium in
terra que eſt centrũ ipſius firmamenti.
⁊ q̄uis ſit principiũ generationis celũ.
non tamen recipit generationẽ in ſe vel
corruptionẽ vel diminutionẽ vel augmẽ
tum. Nam celũ in ſubſtãtia habet ſum/
mã ſimplicitatẽ vniformitatẽ. ⁊ purita
tem nullã habens partiuȝ diuiſionẽ nec
cõtrarietatẽ. ⁊ ideo nullã habet ex ſe po/
tentiam ad corruptibilitatẽ. vnde ſic ar
guit Aꝛeſto. in li. de ce. ⁊ mũ. Omnis in/
quit corruptio eſt ex cõtrarijs. celo aũt
nihil inuenitur cõtrariũ quare celũ non
corrumpitur. Celum etiam q̄uis ſit in
ſe ⁊ ex ſe vniforme. tamen habet neceſ/
ſario plures orbes ⁊ circulos in figura ⁊
magnitudie longitudinis ⁊ latitudinis
differentes ꝓpter diuerſas manſiones
quibꝫ indigent mortales. vt dicit areſt.
in li. de cauſis elementoꝝ ⁊ alias. nam ſi
ſm̄ vnam diſpoſitionẽ ⁊ menſurã recipe
ret mũdus inferior influentiã radioruȝ
periret alimentũ mortaliuȝ ⁊ generatio
omnium inferioꝝ. Et ideo neceſſarium
fuit motum celi eſſe obliquum vt ex ele
uatione ⁊ depꝛeſſione orbium nunc calor
nunc frigus in centro generetur. vnde
ſi directe celum moueretur quo ad nr̄m
ſitũ. omnia calore vel frigore in nr̄o ſitu
habitabili cõſumerent. vt di. Areſ. Nec
ſolum attendit in celo puritas ⁊ incorru
ptibilitas ex parte materie verũetiam
pulcritudo ⁊ claritas ex parte forme. vt
dicit Ariſt. in li. de ſenſu ⁊ ſenſato. Celũ
ex ſui natura ſplendidũ eſt. ſed in parti/
bus eius eſt differentia. Nam in ſtellis
eſt maior aggregatõ luminis q̄ȝ in alijs
partibꝫ ipſius celi Unde ex parte forme
habet rotũditatẽ cum cõuexitate ꝯuexi/
tatem cũ claritate. dyaphaneitatẽ ſiue
tranſparentiã ⁊ pſpicuitatẽ vniformita
tem in toto ſed in partibꝫ diuerſitatem.
ex mutuo cõcurſu orbiũ ⁊ motu contra/
rio planetarũ dicunt ſapientes genera/
ri cõcentũ ⁊ armoniacã ſuauitatẽ. Un/
de macro. in li. ciceronis. exponens ſci/
pionis ſomniũ in. vi. de rep. libro. Im/
pulſu ⁊ motu ipſoꝝ orbiuȝ efficitur ſonꝰ
ille qui acuta cum grauibꝫ tꝑans. equa/
lem ſonũ facit ⁊ concentũ ⁊c̃. Preter hec
dicitur in li. de ce. ⁊ mũ. in fine q̄ celum
motus ſui cõtinuitate inflãmat illud ſu
per qđ mouetur. vnde ether ex motu celĩ
ignitur. Motus enĩ cauſat calorem. vn
de ibidẽ dicitur per ſe ⁊ ſenſibiliter inue
nitur q̄ ex motu fit calor ⁊ ex quiete fri
giditas. ⁊ ideo calor materias emollit. ⁊
diſſoluit. frigiditas vero aggregat ⁊ con
ſtringit vnde partes elementares mo/
tui celi vicinius exiſtentes ceteris par
tibus mundi inferioris ſunt calidiores
vt patet in igne ⁊ aere. In tercio autẽ
elemento ſcȝ in aqua eſt motus debilita/
tus. ⁊ ideo in ea eſt frigiditas ſed non in
vltimo. In quarto aũt ſcȝ in terra ꝓpter
nimiã elongationẽ a motu celi fit ꝯſtri/
ctio in vltimo propter caloris abſentiã
dominiũ frigiditatis. Et ideo terra per/
manet quieſcens ⁊ ꝑhennis vt non mo/
ueatur ſicut dicit Ariſt. ibidem. Nobilĩ
tas itaq̄ȝ celi attẽditur in materia ⁊ ſub
ſtãtia in forma in motu in ſitu in ſubſtã/
tie ſue ſimplicitate puritate ⁊ perpetui/
tate. In forme claritate dyaphaneitate
ſiue perſpicuitate et in ſperica orbicula/
ritate. In motus vniformitate veloci/
tate et in virtuoſitate. in ſitus ſublimi/
tate. quia ad ſitum a centro terre maxi/
me diſtat. et in dimenſiua quantitate.
quia eis magnitudo imaginationẽ. im/
mo rationis menſuram ſuperat in pote
ſtate. quia omnia inferiora ſibi ſubdita
regulat ordinat et menſurat. Et quod
ſuper omnia mirabile eſt. omnia inferio
ra celum ordinat et immutat et tamen
a nullo inferiori ſe immutationem ali/
quam recipit. nec aliquid ſibi diſſimile
in natura et virtute aliqua ipſi celeſti
corpori ſe conformat.

## Capitulum. III.

¶ De celo aqueo ſiue criſtallino

Dextum celum eſt aqueum ſi
ue criſtallinum quod ex aq̄s
poſitis ſuper firmamentuȝ di
uinitatis potentia eſt forma/
tuȝ. Aquas enim eſſe ſuꝑ celos colloca/

tas diuiſe ſcripture autoritas nobis tra
dit. que ita ſunt leuigate ⁊ ſubtiliate. ꝙ
in materiā celeſtem ſunt cōuerſe. ⁊ ideo
ꝑmanent ibi fixe. Beda tamen dicit ꝙ
aque ille celeſtes nō vaporali tenuitate
ſed gracili quadā ſoliditate virtute diui
na ſuper firmamentū ſunt ſuſpenſe. ⁊ h̄
modo ad impetus firmamenti modera
tionem vel ad caloris generati ex eius ve
lociſſimo motu repſſionem. Opinio eſt
fuit Bede ꝙ celum ignee ſit nature ſic
platonici poſuerunt. Unde dicit Beda.
Celum eſt ſubtilis ⁊ ignee nature rotū
dum a centro terre equalibꝫ ſpacijs col
locatum. Et ideo forte bede videbatur
ꝙ ideo fuit neceſſe ibi eſſe aquas vt ca
lor ille celeſtis ad tꝑantiaꝫ duceretur ꝙ
ex tali inflamatiōe mūdus inferior diſ
ſpendium nō pateretur. ex frigiditate eſt
naturali illarum aquarū ſuper firmamē
ti verticem poſitarū dicunt aliqui ſtellaꝫ
ſaturni eſſe frigidā propter illam quam
habet ratione ſui ſitus cum firmamento
vicinitatē. Dicunt etiam ꝙ firmamen
tum per virtutem illarū aquarū infrigi
datum infrigidat orbem ſaturni ſibi ma
gis proximū ⁊ vicinū. Sed qualiter iſtud
poſſet fieri rationabiliter nō eſt ꝑſpicue
ratione vtentibꝫ manifeſtū. Nam cum
aquoſa ſubſtantia ratione vtriuſqꝫ qua
litatis ſue. ſ. humiditatis et frigiditatis
celeſti ſubſtantie penitus ſit cōtraria. nō
eſt bene liquidū philoſophantibꝫ quali
ter inter corpora tam diſparia poſſit vni
tas aut cōcordia aliqualiter conueniri.
Et tamen ſcriptū eſt iob. xviij. Qui fa
cit concordiam in ſublimibꝫ ſuis. Ideo
alio modo ſentiunt ⁊ opinantur moder
ni qui interiora ph̄ie ſpectamina profū
dius vt arbitror ſunt ſcrutati. Dicit eſt
alexāder ꝙ aque ille que ſuꝑ celos ſunt
nō ſunt ibi poſite vt frigide et fluxibiles
⁊ humide vel etiā ſicut ſolide. cōgelate. ⁊
ponderoſe. Iſte eni ꝓprietates ſunt etiā
inter ſe habentes cōtrarietatē ⁊ ſibi mu
tuo repugnātes. ſed potius ꝑ ordinatio
nem diuine ſapientie aque ille ſuper fir
mamentū ſunt ſub mobiliſſima nature
ſue ꝯditione diuinitus collocate. prout
nature celeſti maxime ſunt ꝓpinque. et
hec quidē eſt nature ꝓprietas ꝑſpicuita
tis ⁊ trāſparētie que principaliter ⁊ ſub
ſtantialiter inuenitur in natura aq̄ rōe
cuiꝰ habet cōuenientiā ⁊ cum celo empi
reo ⁊ etiam cum firmamēto. Et ideo po
ſuit dn̄s aquas inferius ſub rōne frigi
di et humidi. cum alijs conditionibꝫ ne
ceſſarijs ad generationē ⁊ corruptioneꝫ
ſed eaſdem poſuit in ratione ꝑſpicui p
ut fuit neceſſarium ad vniuerſitatis cō
ſeruationē. Et ideo dicit celū eſſe dictū
aqueum ⁊ criſtallinuꝫ ratione mobilita
tis ⁊ ꝑſpicuitatis. Eſt enim ꝑſpicuum
ad modum criſtalli. a ſuperiori celo ſcili
cet ab empireo. lucem vel luminoſitatis
plenitudinem recipiens ⁊ receptum ad
inferiora diffundens. ⁊ ideo dicitur ce
lum quaſi nobis inuiſibile ⁊ occultū cri
ſtallinum vero quia durum. Et ideo in
ſummo dicitur criſtallinū. non quia du
rum ſicut criſtallus. Sed quia vniformi
ter eſt luminoſum ⁊ ꝑſpicuū. Aqueū au
tem dicitur queadmodū aque ex ſua ſub
tilitate ⁊ mobilitate mouetur. et illud mo
tum mouet celum ꝓximū ⁊ illud vlteriꝰ
mouet qḋ ſibi eſt magis ꝓpinquum. Et
ideo illud celum qḋ mouet inferiora. in
feriorum mobilium p̄cipue eſt cōſerua
tiuum vt dicit alexander.

## Capitulum. IIII.

De celo empireo

Celum empireum eſt primum ⁊
ſummū celum. locus angeloꝝ re
gio ⁊ hītaculū hoīm beatoꝝ. Et dr̄ empi
reū a pir qḋ ē ignis q̄ſi totū igneū ſic di
ctū nō ab ardore. ſed potiꝰ a lumīe ⁊ ſplē
dore vt di. Iſi. Iſtud eī celū ſumme ē lu
cidū. influens lucē ⁊ ſplendorē ſuꝑ celuꝫ
criſtallinū ſibi ꝓpinquū ⁊ ꝓximū. Eſt au
tem de natura ſua vniforme ſine ſtellis.
et ſpericforme vt di. Dama. Ideo ē ſperi
cum. vt rerꝫ ſpūaliū ⁊ corꝑaliū ſit conten
tiuū. Eſt eni naturaliter quietū ⁊ imobi
le ſcꝫ et immotū. vnde illud celum non
eſt neceſſariū propter continuationē ge
nerationis inferiorum ſed potius vt di
cit alexander ad cōpletioneꝫ vniuerſi in
genere corpoꝝ. ſcḋm determinata extre
ma ad mediū. ē āt opacū i ſūmo. ſ. terra

et lumínoſum in ſummo ſcꝫ celum em-
pireum ⁊ vtrūqꝫ corpus ſcꝫ extremū ſu-
premum ⁊ infinitum eſt de ſe imobile et
quietūꝫ. Iſtius celi proprietates deſcri
bit rabanus vtens verbis baſilíj in exa-
meron ſic dicens. Celum ei empireum
eſt corpus primū. natura ſimpliciſſimū
de corpulentia habens minimū. quia ſub
tiliſſimū. primū mundi firmamentum.
quantitate maximū. qualitate lucidum
figuratione ſpericū. locali ſitu ſupremū.
quia a centro remotū. amplitudine ſua
ſpirituū ⁊ corporum viſibilium ⁊ inuiſi-
bilium contentiuū. dei ſummū habita-
culum. licet enī deus ſit vbiqꝫ tamen ſpe
cialiter dicitur eſſe in celo. quia ibi relu-
cet potiſſime ſue virtutis operatio. et iō
celum dicitur ſpecialiter ſedes dei. quia
in corpore mūdi ſpecies celi pulcrior eſt.
vt dicit Damaſ. In celo diuina virtus
manifeſtius opatur.

## Capitulum. V.

De ethere

Ether grece ſplendor dicitur la-
tine. Ether ſm Iſido. eſt ſupior
regio ſupremi interſticij aeris et ignis
vbi eſt perpetuus ſplendor luminis ſiue
lucis. anaxagoras autem dixit. nomen
etheris eſt nomen ignis. Et hoc putauit
vt dicit ariſt. propter ipſius inflamatio
nem que cauſatur ex velocitate ſui mo-
tus. Unde ſm ipſum anaxa. omne infla
mans ⁊ inflamabile vocatur hoc nomi-
ne Marcianus autem dicit ꝙ ether eſt
locus ab inferiori mundo ſepatus inui
ſibilis reſpectu inferiorum que patiun-
tur multiplicem variationem. In ethe
re vero vbi dies eſt perpetuus nox diur
no lumini non ſuccedit nec mirūꝫ. quia
tam altum locum vmbra terre que no-
ctis cauſa eſt in ethere non accedit. ſm
Ariſto. vero in libro metheororū ether
nihil aliud eſt q̄ȝ vnum elementum. nec
eſt ex elementis quatuor. quicquid enī
ſupra lunarem globum eſt nature eſt ſe
pate a natura inferiorum elementorum
vnde ether neqꝫ eſt graue. neqꝫ eſt leue.
neqꝫ rarum. neqꝫ denſum. neqꝫ per alte-
rius corporis penetrationem diuiſibile

Naturam enī etheream nulla ingreditur
corruptio vel alteratio vniuerſaliter vel
particulariter qd̄ ei accideret ſi ex elemē
tis cōpoſitionē aut originē contraxiſſet.
Anaxago. tamen dicit ꝙ ether eſt aer in
flamatus ⁊ dicit qd̄ qn̄qꝫ deſcendit infe
rius ⁊ in terra occultatur. vnde ꝓpter ſuā
ſubtilitatē. nūc ſurſum. nunc deorſum re
giratur. vnde terremot᷒ gignitur ex vīu
te etherea in terre viſceribus occultata
ſed dicit ariſt. ꝙ ſermo iſte eſt error quo
niam ſubtile nō deſcendit deorſuꝫ ⁊ etiā
ſi deſcenderet hanc opationē nō faceret.
ſm Macro. aūt ſplendor etheris ſub ſpe
ra celi per ambitū totius mūdi rutilat ⁊
refulget. cōtinet aūt in ſe orbes ſeptem
planetarū qui mouent̄ ꝯ motū firmamē
ti. Inferior itaqꝫ pars etheris velocita
te ſui motus. inflamat ſuperiorē ptē ma
terie elementaris ⁊ ex illa inflamatione
gignitur ſpera ignis. ſicut dicitur in. li. d
ce. et mū. in fine. Ex materia ei ſic igni
ta non gignit̄ nec inflamat̄ ipe ether. qꝛ
ab inferioribꝫ non recipit aliquā īmuta
tionē q̄ȝuis inferiora ab ipo immutent̄

## Capitulum. VI.

De ſpera celi

Spera celi vt dicit Iſi. eſt ſpecieſ
quedam in rotundū formata ab
eodem in idem circa ſuū centrum equis
ſpacijs circulariter reuoluta. hanc ſperā
neqꝫ principium. neqꝫ finēꝫ habere phi
aſſerunt. Ideo propter ſui circulationeꝫ
vbi incipiat ⁊ vbi finiat nō facile appre
henditur. nec fuit aliqua figura celo cō
uenientior q̄ȝ ſperica. tum ꝓpter ſuiipſi᷒
ſimplicitatē. tum propter capacitatem.
tum etiam propter vniformitatē. vt di
cit Iſido. Spera itaqꝫ ſm Alphraganū
eſt orbicularis ſuperficies celeſtis corpo
ris in quo fixe ſtelle cōtinent̄. Et hec ſpe
ra duobus polis circūuoluitur. quorum
vnus eſt ſeptētrionalis qui nunqꝫ nobis
occidit ⁊ dicitur polus arthicus id eſt bo
realis. Alter polus eſt antharticus ſeu
auſtralis qui nunqꝫ a nobis videtur vel
propter nimiam a nobis elongationeꝫ
vel propter terre interpoſitioneꝫ. Inter
iſtos duo polos q̄ſi inter duas mundi

extremitates ſpera celi voluitur ⁊ moue
tur ⁊ cum ipſius motu ſtelle in eo ſite ab
oriente in occidentem. ⁊ iterum ab occi
dente in orientē motu diurno ⁊ noctur
no. xxiiij. horaꝝ ſpacio circūferunt᷑. Tan
ta autem celeritate ſperica celi circūfer
tur ꝙ niſi aduerſum eius ꝑcipitem cur
ſum planete occurrerēt ⁊ eius impetum
moderarent machina mundi diſſolue
retur. ⁊ ideo ſcḋm Alphraga. ſeptem orbes
planetarū ſunt ſub ſpera mutuo ſe inter
ſecantes per quos planete motu cōſono
incedentes. raptui firmamenti obuiāt
⁊ etiam eius velocitatem reprimūt ⁊ re
tardāt. Voluitur autē tota ſpere moles
oblique circa medium. ſ. circa axem. Eſt
autem axis quedaꝫ linea intellectualis
que recte per mediā pilam ſpere tendēs
in duos polos ſe extendit circa quā celi
ambitus quaſi rota circa axem circulari
ter ſe reuoluit. Cardines aūt celi ſunt
extreme partes axis que infigunt᷑ ipſis
polis. Et ſunt cardines dicti. quia ſicut
cardo hoſtij in polorum concauitatibꝫ re
uoluūtur. ⁊ ſunt iſti cardines cōuexi re/
curui. ſ. circūflexi. vt dicit Iſido. Spere
vero celeſtis medietas dicit᷑ hemiſperi/
um. ſ. pars que a nobis totaliter videt᷑.
ſed ob defectum viſus terre cōiungi pu
tatur. vnde ⁊ circulus vbi finitur orizō
id eſt viſus terminatio nuncupatur. vt
dicit Iſido. Recollige igitur breuiter ex
predictis. ꝙ ſpera celi eſt luminoſa ſub/
ſtantia luminis vſqꝫ ad centrum ſuum.
id eſt vſqꝫ ad terram diffuſiua. cuius cir
cumferentia eſt a centro terre remotiſſi
ma. Et ideo illa que in celo ſunt maxia.
nobis propter ſummā diſtantiam vidē
tur eſſe minima. Omniū inferioꝝ eſt cō
tentiua. omniū inferioꝝ eſt ordinatiua
informatiua. generationis ⁊ vegetatōis
effectiua ſibi contrarioꝝ raptiua ⁊ attra
ctiua. Nam motus ſui violentia plane
tas ſibi obuiantes poſt ſe trahit. ſcḋm ar/
moniaꝫ eſt ꝓceſſiua. Nam ſicut di. ariſ.
in li. de ꝓprietatibꝫ elementoꝝ ex ordina
to ſpere motu ⁊ cōtrario planetaꝝ occur
ſu. gignitur in orbe ſtridor. i. armonia vñ
Oꝫ acro. impulſu ⁊ motu ipſoꝝ efficitur
ſonus ille ⁊ acuta cū grauibꝫ tꝑans effi
cit cōcentus varios et diuerſos. ſed ꝓpt
noſtri auditus defectū ⁊ illius ſoni exceſ
ſum armonia illa a nobis nō audit᷑ ſicut
moueri ſoleꝫ videre nō poſſumus q̄uis
citiſſime moueatur. Nam radiorū clari
tate acies viſus noſtri ſuperatur.

# Capitulum. VII.

De circulis celi

Circuli celi ſunt plures quorum
duo ſunt viſibiles. ſ. galaxias et
zodiacus. Alij ſunt inuiſibiles. ſ. circul᷒
equinoxialis diuidens duo hemiſperia.
tangens zodiacum in ariete ⁊ in libra.
Alius eſt circulus ſolſticialis eſtiualis
eo ꝙ ſole in eo exiſtente. fit ſolſticiū eſti
uale. Iſte circulus tangit zodiacū in cā
cro ⁊ eſt quaſi cōiunctio noſtri habitabi
lis ⁊ torride zone. Alius eſt palellus ſi
ue circulus ſeptētrionalis ſiue arthic᷒ ⁊
eſt quaſi diuiſio noſtri habitabilis ⁊ fri
gide habitabilis. Circulus vero qui eſt
ex parte torride zone et alterius habita
bilis zodiacū tangit in capcorno ⁊ dici
tur iſte circulus ſolſticialis hyemalis eo
ꝙ ſole exiſtēte in eo fit ſolſticiuꝫ hyema
le. alius eſt palellus ſiue circul᷒ anthar
ticus ſeu auſtralis verſus auſtrū et oppo
nitur arthico palello. Dicunt᷑ aūt hi cir
culi palelli quaſi circuli eque diſtātes
a para qḋ eſt iuxta ⁊ lele qḋ eſt diſtans.
equaliter eni᷑ diſtant ab inuicē palelli.
Sunt ꝑter hec duo circuli qui dicunt᷑ co
luri. Colurus ſeptētrionalis qui incipit
a polo ſeptētrionali per cancrū ⁊ capcor
num circulariter ꝓcedens iterum redit
ad ſuū principiū. Alius eſt colurus au/
ſtralis. per librā in arietē ſimiliter redit
ad ſuū punctū ⁊ dicūtur coluri q̄ſi colla
thauri a cauda bouis ſiluestris q̄ erigēs
caudam circulum facit impfectū ⁊ dicū
tur coluri quaſi circuli imperfecti. Deci
mus circul᷒ eſt orizon. i. finitiu᷒ viſus. qꝛ
circulo illo celū ⁊ terra videtur pariter
copulari. Eſt etiā circulus meridianus
deſignās illā partem zodiaci in q̄ ſol vi
det᷑ equaliter diſtare inter oriente ⁊ occi
dentē ⁊ iſti duo vltimi circuli nō ſunt in
ſpera. quia ſcḋm diuerſos ſitus ⁊ aſpectus
variantur. Huculqꝫ Iſi.

## Capitulum. VIII.

De galaxia ſiue lacteo circulo
Galaxias eſt circulus celeſtis. ce
teris circulis celi pulcrior ⁊ can
didior incedens p medium celi
incipiens ab oriente vſq; ad ſeptētrio/
nem p cancrū ⁊ capricornū procedens
iterum ad punctū ſuum. Dicitur autē
lacteus circulus quia inter omnes circu
los celeſtes notabiliorem habet clarita
tem. vnde ⁊ de nocte nauigātes ⁊ itinerā
tes dirigit ⁊ deducit. quāto autem aura
nocturna eſt ſerenior ⁊ frigidior tāto in
ceſſus galaxie eſt manifeſtior. Scdm au
tem opinionē vulgi. galaxias dicitur ve
ſtigium ſolis. qd poſt ſe relinquit ſol qn
currit in illo circulo. Sed ariſ. hoc dicit
eſſe falſū. qr ſi eſſet galaxias ex impſſio
ne tranſitus ſolis, opteret q hec impreſ
ſio eſſet in ſignis in quib currit ſol cum
alijs ſtellis mobilib. et hoc videm⁹ eſſe
falſum. quia tranſcēdit terminos zodia
ci vbi ſol nullatenus appropinquat ſicut
dicitur i libro metheorop. Ideo anax. ⁊
democritus dixerunt galaxiam eſſe ex re
flexione luminis ad aerem ſicut in ſpecu
lo. ſed hoc eſt falſum vt dicit ariſt. ibidē.
quia ſi hoc eſſz pmutaretur. ſicut ē pmu
tatio luminis. hoc autē eſt falſum. quia
videmus galaxiam ſemp in eodem loco
nec recedit ab eo. Dicit ergo ariſto. ſic.
Ignis ppinquus orbi eſt inflāmatus et
lucidus ⁊ in locis vbi videtur galaxias
ſunt ſtelle multe parue ⁊ luminoſe et in
illis relucet fulgor ille. ⁊ ideo apparet lo
cus ille magis radioſus nec recedit ab
vno loco orbis. hucuſq; ariſto. in li. pri/
mo metheorop. ca. ij.

## Capitulum. IX.

De zodiaco
Zodiacus eſt circulus obliquus
in. xij. partes diſtinctus equales
que. xij. ſigna a phis ſunt vocata. nobis
autē ſignant in qua parte celi ſol et pla
nete immorentur. Sunt igitur. xij. ſig
xij. ſpacia equaliter diſtincta et ſtellis
notabilib⁹ ab aſtrologis denotata. vnū
autem quodq; ſignum in. xxx. diuiditur
gradus. et gradus in. lx. diuiditur minu
ta et minutum in. lx. ſecunda. ita q. lx. ſe
cunda minutum vnum faciunt. lx. mi/
nuta gradū vnum et. xxx. gradus ſignū
vnum. Signa autem iſta ſunt proprijs
nominibus appellata ſicut aries et thau
rus ⁊ ſic de alijs. Et vocantur animalia
non quia animalia ſunt in celo colloca
ta. ſed quia in ſuis effectibus animaliū
talium proprietates aliquas repſentāt
vt poſt dicetur. Inter iſta autem. xij. ſi/
gna quatuor ſunt cardinalia ſm Iſi. ſcꝫ
licet cancer in ſūmo. capricornus in imo
aries et libra in medio. Prima duo di/
cuntur ſolſticiaria. quia in cancro exñs
ſol. vlterius ad nos non accedit. in capri
corno remotius non recedit. In primo
facit longiſſimos dies ⁊ breues noctes
in ſecundo econtra. In alijs vero duob⁹
fit equinoctium in ariete fit vernale. in
libra vero fit equinoctium autūnale et
tunc vtroq; tempore dies noctibus ſūt
equales. In iſtis etiam ſignis tria ſunt
ignea ſcilicet aries leo ſagittarius. tria
vero ſunt terrea. ſ. taurus virgo capcor
nus. et tria ſunt aerea. ſcꝫ gemini libra
aquarius. et tria aquatica. ſ. ſcorpio cā
cer piſcis. Et inter iſta que ſunt ignea ⁊
aerea ſunt calida et maſculina ⁊ diurna
Que vero ſunt aquatica et terrea ſunt
frigida et femina et nocturna. Int iſta
etiam ſunt quatuor mobilia. ſ. quatuor
cardinalia. ſ. aries cancer libra capricor
nus. quia in eis mutatur tempus. Et q
tuor ſunt fixa i quibus figitur ipm tem
pus. ſ. thaurus. leo. ſcorpius. aquarius.
et quatuor ſunt cōmunia in quibus ipa
cōmiſcentur. ſ. gemini virgo. ſagittari⁹
piſcis. Et dicuntur iſta ſigna domus. qr
domicilia ſunt ⁊ habitacula planetarꝝ. et
ex his domib quedā dicuntur dom⁹ tri/
plicitatis quedā exaltationis. Nam illa
ſigna que cōcordant in vna natura faci
unt triplicitatē. ⁊ eodem nomine nuncu
pantur. et ſic in quatuor partib celi or
dinant. Nam i oriēte ſunt ignea. aries
leo. ſagittarius. Terrea ſunt taur⁹. vgo
capricorn⁹ in auſtro. Aerea ſunt gemini
libra ⁊ aquari⁹ in occidente. Aquea ſunt
cācer. piſcis. ſcorpio i ſeptētrioe. Et inē

iſtas triplicitatis domus fortiores ſunt
in ſuis effectibꝰ orientales occidentali
bus ⁊ ſeptētrionales auſtralibus. quia
in eis nobiliores planete dominantur.
Nam triplicitas orientalis que eſt ꝑma
habet ſolem de die et lunam de nocte. et
ſaturnus ꝑticipat cum eis die et nocte.
Triplicitas occidentalis habꝫ ſaturnū
mercurium ⁊ iouem. Triplicitas ſeptē
trionalis habet venerem lunam et mar
tem. Auſtralis vero habet ſaturnuꝫ mer
curium ⁊ iouem. Dicuntur inſuꝑ ſigna
domus exaltationum. quia planete ꝑut
magis vel minus exaltatur in ſignorum
gradibus. perfectius ⁊ virtuoſius operā
tur. Nam ſol habet virtutem ſuā et exal
tationem in. xviij. gradibus arietis. ⁊ ca
ſum in eodem gradu libre. Venus habꝫ
gloriam ſuam in piſcibus. xxviij. gradu
et caſum ſiue triſticiam ſuam in cōſimi
li caſu ſigni oppoſiti. ſ. virginis. Mercu
rius erigitur in virgine. xv. gradibus et
cadit in piſcibus gradibus totidem. Lu
na erigitur in thauro tribus gradibus
et totidem cadit in ſcorpione. Saturnꝰ
erigitur in thauro. xxi. gradibus et ca
dit totideꝫ in ariete. Mars erigitur in
capricorno gradibus. xxviij. et cadit toti
dem in cancro. Jupiter et caput draco
nis erigitur in geminis gradibus tribꝰ
et cadit totidē in ſagittario. Cauda eri
gitur in ſagittario tribus gradibus ⁊ ca
dit in geminis. Preter iſta vnūquodqꝫ
ſignum diuiditur in tres partes que fa
cies nuncupātur quarum initium eſt a
primo gradu arietis ⁊ durat vſqꝫ ad. x.
ſecūda durat vſqꝫ ad. xx. tercia durat vſ
qꝫ ad. xxx. prima facies arietis datᷣ mar
ti. ſecunda ſoli. tercia veneri. prima faci
es tauri eſt mercurij. ſecūda lune. tercia
ſaturni. prima geminoꝝ eſt iouis. ſecun
da mercurij. tercia ſolis. prima cancri ē
eſt veneris. ſecūda mercurij. tercia lune.
prima facies leonis eſt ſaturni. ſecunda
iouis. tercia martis. prima virginis eſt
ſolis. ſecunda veneris. tercia mercurij.
Prima libre eſt lune. ſecūda ſaturni. ter
cia iouis. prima ſcorpionis ē martis. ſe
cūda ſolis. tercia veneris. prima ſagitta
rij eſt mercurij. ſecūda lune. tercia ſatur
ni. prima capricorni eſt iouis. ſcđa mar
tis. tercia ſolis. prima aquarij ē veneris
ſecūda mercurij. tercia lune. prima piſci
um eſt ſaturni. ſcđa iouis. tercia martis
Planeta igitᷣ exñs ī domo ꝓpria hꝫ qnqꝫ
fortitudines in gradu exaltatōnis hꝫ q̄
tuor. in domo triplicitatis habet tres. in
facie vnā aut duas. ⁊ qui magis abūdat
inter planetas numero. magis ꝓualet
in fortitudīe ⁊ quilibet planeta fortior ē
in domo ꝓpria qꝫ aliena ⁊ ex fortitudine
ſigni in quo eſt fortificatᷣ ⁊ ex debilitate
debilitatᷣ. ſicut fortis vir fortior ē ī equo
forti qꝫ in debili. ⁊ ideo aſtrologi in iudi
cijs ſuis vt di. miſael. conſiderāt domos
aſcēdentes. i. aſcēſum ſignoꝝ ⁊ planeta
rū dignitates vt ſꝫm eoꝝ principatus et
dominiū in domibꝰ angularibꝰ vel aſcen
dentibꝰ in angulis vel ab angulis caden
tibꝰ coniciāt ⁊ iudicēt de futuris. Dicū
tur aūt quedā ſigna domus angulares ſi
cut ſigna cardinalia de quibꝰ ſupra ſicut
cācer. libra. capcornꝰ ⁊ aries. quedā dicū
tur domꝰ ſuccedētes angulis. ſ. thaurꝰ q̄
ſuccedit arieti. ⁊ leo q̄ cancro. ⁊ ſcorpiꝰ q̄
libre. ⁊ aquariꝰ qui ſuccedit capricorno.
Quidā vero dicunt domꝰ cadētes ab āgu
lis. ſ. gemini. virgo ſagittariꝰ piſcis vt pa
tet in figura miſael. Scđm iſtoꝝ ſigno
rum ortus ⁊ occaſus oppoſitiones. ꝯiun
ctiones et aſpectus diuerſa ꝯria accidūt
in hoc mōo. Nam ſicut dicit idem autor
iſta q̄ ſunt vi nature ⁊ generātur ſub for
ti ſigno maſculino aſcēdente ⁊ forti pla
neta bono cuꝫ bono aſpectu in ipo aſcēdē
te exñte fortis ⁊ bone ſunt diſpoſitōnis
in ſuo genere ⁊ ecōtrario. domꝰ itaqꝫ an
guli prima domꝰ ē oriētalis. ſ. ſignū aries
Domꝰ vero celi ſiue ſeptētrionis ē cancer
angulꝰ vero occidētalis eſt libra. ⁊ angulꝰ
terre eſt capricornꝰ. Hec ſigna quatuor
angularia maxie ſunt vtutis ⁊ oriētale
pluſqꝫ occidētale. ⁊ ſeptētrionale pluſ
qꝫ auſtrale. vnde angulꝰ terre eſt tribus
alijs minus fortis ſicut idē dicit autor.
Domꝰ ſuccedentes ſunt mediocris effe
tus ⁊ vtutis ſcꝫ ſignū ab ariete ſcđm. i.
thaurꝰ. ⁊ ſignū. iij. v. viij. xi. Et int hec ſi
gna ſiue domos. octauū ſignū peioris eſt
operationis ⁊ ſignificationis. ⁊ iđo vocatᷣ

ab aſtrologis domꝰ mortis. Reliqua autem ſigna dicuntur domus cadentes. ſ. iij. v. vij. ix. ⁊. xi. ſunt etiã debilioris effectus ⁊ peioris ſignificationis ⁊ maxime vi. ⁊. xij. Et huiꝰ ratio eſt vt dicit autor. quia in ſexta domo vel ſigno dominatur mars. ⁊ ideo vocatur domus infirmitatis ⁊ debilitatis omniũ rerum. ⁊ in illo ſigno eſt gaudiũ martis. ⁊ i. xij. eſt ſaturni gaudiũ. ⁊ ideo vocatur domus inimicicie triſticie ⁊ laboris. Signa etiã ſiue domus dicũtur mutuo ſe aſpicere ⁊ ſunt tres aſpectus principales. ſ. ſextilis tercius ⁊ quartus aſpectus. Sextilis dicitur quãdo aliquis planeta in aliquo ſigno aſcendente aſpicit terciũ ante ſe et terciũ poſt ſe. Et hoc eſt a tercio in vndecimum. verbi gratia. Si aliquis planeta fuerit in initio arietis. aſpicit eum qui eſt in capite geminorũ ante ſe. et eum q̇ eſt in initio aquarij poſt ſe. quod ẽ ſignũ vndecimum. Et hic vocatur ſextilis. eo ꝙ teneat quartã partem celi. ſ. gradus lx. et talis aſpectus eſt laudabilis bonus et fortunatus. Et enĩ ſignũ domus dilectionis medie ſ̄m aſtrologos vt dicit autor ſupradictꝰ. Tercius aſpectus fit a quinto ſigno ⁊ nono. verbi gratia. planeta qui fuit in initio arietis. aſpicit eũ qui fuerit in leone ante ſe. ⁊ eum q̇ fuerit in ſagittario poſt ſe. quod eſt ſignum nonum. ⁊ dicitur tercius quia continet terciam partẽ celi. ſcilicet. cxx. gradus. ⁊ hic aſpectus ẽ optimus. quia eſt in ſigno ꝑfecte amicicie vt dicit autor. Quartꝰ aſpectus eſt a quarto ſigno ⁊ decimo. verbi gratia. planeta q̇ fuerit in initio arietis aſpicit illum qui eſt in capite cancri ante ſe. ⁊ eum qui eſt in capite capricorni poſt ſe. quod eſt ſignum decimum. Et hic aſpectus dicitur quartus. qꝛ quartã partẽ celi cõtinet. i. xc. gradus. ⁊ iſ aſpectus eſt malus. qꝛ in illo ſigno ire ⁊ inuidie ⁊ inimicicie ſunt ⁊ impfecte. vt di. autor ꝑdictus. Coniunctio vo ⁊ oppoſitio nõ ſunt aſpectus. quãdoq; tamen dicuntur aſpectus abuſiue. quãdoq; vo ſignum primũ reſpicit ſeptimũ. vt aries libram. Dicitur aſpectus oppoſitus ⁊ eſt peſſimus. quia ſignũ eſt ꝑfecte inimicie et peſſima ꝓtendit. maxime ſi aſpectus fuerit martis ⁊ ſaturni ſiue ſolis. Quãdo vo planeta conuenit cũ planeta eodem ſigno aſcendente vel in ſigno ſibi cõiuncto ante vel retro tunc dicitur coniunctio. ⁊ hec poteſt eſſe bona ſi planete fuerint boni. ⁊ ecõuerſo mala ſi fuerint mali ſicut di. autor. ⁊ hec oĩa patent in figura quã poſuit autor iſte.

## Capitulum. x.

De ſigno arietis

Naturas aũt ſingulorꝫ ſignorꝫ per ordinem recolligamus et ſigno arietis exordiũ ſumentes. Aries igitur eſt orientale ſignũ ſic dictum. quia ſicut aries in iacendo ſup latus vnũ. equaliter mutat vices ſic ſol exiſtens in illa parte zodiaci que aries dicitur facit equinoctium. ⁊ equales facit dies artificiales atq; noctes. Et ſicut dicit miſael. Aries eſt ſignũ igneum maſculinũ diurnũ. inſtabile. domꝰ martis in. xix. gradu eiꝰ exaltatio eſt ſolis. domus eius ſol de die de nocte vero iupiter. ⁊ ſaturnus particepat cũ eis de prima triplicitate prima ẽ Prima facies eius martis. ſecũda ſolis tercia veneris. de corpe hominis dominatur capiti ⁊ faciei et multos facit in corpore capillos corpus curuũ faciem obliquam oculos graues. aures breues. collum longum. Domus eſt vite ⁊ natiuitatis hominis. quia ſicut hoc ſignum ab inferiori parte terre ad ſuperiora aſcendit ⁊ a tenebris ad lucem vadit. ſic natꝰ de tenebris egreditur. et vi illius ſigni abdita prodeunt in lucem et ſecreta ſapientibus innoteſcunt. Et ſicut narrat Albu. in libro de motibus aſtrorum. In tercio inquit vel quarto gradu arietis occidente. oritur ſignum libre ⁊ mouet aerem. In decimo gradu oritur ſtella que dicitur almareth ⁊ alphera ⁊ ſerenat aerem. In. xxv. gradu occidũt pliades ⁊c. Quando autem ſol vel luna vel aliquis planetarum intrauerit primum vel ſecundum vel tercium graduꝫ arietis erit nubilum et ventus a meridie et frigus ⁊ tempeſtas. In gradu autẽ. xxix. aut. xxx. erit magnus calor.

## Capitulum. XI.

De ſigno thauri

Taurus ſm miſael eſt ſignum ter
reum. frigidum. fixu3 nocturnū
domus veneris. ſecūda exaltatio lune in
quarto gradu eius. domus eius de die
eſt venus. in nocte luna. et mars partici
pat cum eis. de triplicitate eſt ſecunda.
Prima facies eſt mercurij. ſecūda lune.
tercia ſaturni. ex corpore hominis domi
natur collo et gutturi. datq3 faciem am
plam ⁊ curuam. naſum dat grauem ⁊ lō
gum. amplas nares. oculos graues. ca
pillos eleuatos ⁊ nigros. collū groſſum
verecundū facit hominem. honeſte ince
dentem. ⁊ tamen vanum. Domus ē ſub
ſtantie ⁊ poſſeſſionis acceptionis ⁊ datō
nis. Et ideo dicitur taurus. quia taur⁹
ſulcando terram fecundat ⁊ locupletat
Tunc etiam quando ſol eſt in tauro ter
ra eſt arabilis ⁊ congrua agriculture ſm
albu. In primo gradu thauri oritur ſi/
dus paliciter. in. vi. orion occidit et mu
tatur aer in. viij. oriuntur pliades ⁊ tur
bant aerem. In. xvi. oriuntur hyades ⁊
turbant aerem.

## Capitulum XII.

De ſigno geminoꝝ

Signum geminorum ſm miſael
Eſt ſignum aereum. maſculinū
mediocre. diurnū domus mercurij. ex/
altatio caude draconis in tercio gradu
eius. domus eius in die eſt ſaturnus. in
nocte mercurius. iupiter participat cu3
eis. de triplicitate eſt tercia. Prima faci
es eſt iouis. ſecūda martis. tercia ſolis.
In corpore hominis dominatur hume
ris brachijs ⁊ manibus. mediocrem ef
ficit ſtaturam ⁊ hominem pulcrum ⁊ cō
uenientem. Cui cōiunctus mercurius
ſi fuerit fortunatus diſponit hominem ⁊
abilem facit ad literaturam ⁊ ſcripturā
Domus cognationis eſt ⁊ propinquita
tis. conſilij religionis et fidelitatis epu
larum ⁊ ſomnioru3 ſm Alb. Gradu pri
mo geminorū occūbente. oriuntur hya
des et mutant aerem. et poſt archites et
echites. i. aquila. xviij. gradu. i. delphini
xxvi. ⁊c. Iſti gemini vt dicit Iſi. ſm poe
tarum fabulas fuerunt caſtor et pollux
frēs gemini et vterini. viri fortiſſimi.
quorum gratia dicitur tunc ſol eſſe in ge
minis. quia ſole in illa parte celi exiſten
te virtus ad fecūdandū inferiora gemi
natur. tunc etiam bella inter cognatos.
aliquotiens gemināntur. Aliam tamen
ſignat ygini⁹ rationem. ſ. quando caſtor
peſt inferis tunc pollux peſt ſuperis et
ecōuerſo. quod ideo ſm marci. fingunt.
quia in eſtate cum noctes ſint breuiſſi/
me quādo vna pars conſtellationis oc
cidit alia pars anterior oritur ⁊ aſcēdit
Et pro tanto dicitur vnus fratꝝ celos.
alius inferos poſſediſſe.

## Capitulum. XIII.

De ſigno cancri

Cancer eſt ſignum aqueum femi
neum inſtabile nocturnū. dom⁹
lune. exaltatio iouis in. xv. gradu eius.
in die venus eſt ei⁹ domus in nocte mars
et luna participat cum eis. de triplicita
te eſt quarta. Prima facies eius eſt vene
ris. ſecūda martis. tercia lune. Super
corpus habet dominium ſuper pectus. co
ſtas ⁊ pulmonē. et facit in corpore groſſi
ciem. Nam a medio eius facit hominem
groſſum ⁊ incōpoſitum atq3 rudem. ſupe
rius vero ſubtilem. dentes curuos et tor
tos. Et vocatur domus patris ⁊ caſarū
vinearum ⁊ omniū que creſcunt ſup ter
ram caſtroꝝ villarū et ciuitatū theſauro
rum ſepulture ⁊ hereditatū. De hoc di
cit albu. v. gradu cancri occūbente. orit̄
capricornus et mutatur aer. in. x. gradu
oritur orion ⁊ mutatur aer in caliditate
in. xxix. gradu oritur feruēs canicula. et
canis plenus apparet et fit magna ꝑtur
batio aeris. Dicitur aūt cancer ſm Iſi.
Nam cancer eſt animal retrogradu3 ſic
ſol peragrans illam partem zodiaci que
vocatur cancer facit retrogradationem
in. viij. gradu cancri. Tunc etia3 ſol ex
tollitur verſus tumorem ſpere verſus no
ſtrum habitabile. et ſitum in terra ꝙ nō
poteſt plus extolli. ⁊ tunc retrograditur
deſcendendo per ſigna inferiora vſq3 ad
capricornum.

## Capitulum. XIIII.

De ſigno leonis

Signum leonis ſm miſael eſt ſi-
gnum igneum maſculinū fixū
diurnū. domus ſolis ⁊ illius exaltatio.
domus eius ſol in die iupiter de nocte ⁊
ſaturnus ꝑticipat cū eis ⁊ de triplicitate
eſt prima. Prima facies eſt ſaturni. ſecū
da iouis. tercia martis. In homine co-
operatur ſtomacho lacertis cordi ⁊ dorſo.
efficit hominē ſuperius groſſū inferius
ſubtilem. magni animi. crura habentem
ſubtilia. Domus aūt vocatur viliorū ⁊
nouorū veſtimentorū liberorū et honorum.
De hoc dicit albu. In quarto gradu leo
nis aquarius ⁊ clion oritur. et fit aeris
mutatio. in. xxx. gradu oritur cancer et
occidit capricornus. Dicitur autē illud
ſignum leo. quia leo fortiſſimū animal
eſt maxime caliditatis ꝑcipue ex parte
pectoris. ⁊ partis anterioris. ſicut ſol in
trans illam partem ſigni acrius radios
imprimit ꝙ in fine quādo ab illo ſigno
exit. vt dicit Iſido.

## Capitulum. XV.

De ſigno virginis

Virgo eſt ſignum terreum frigi-
dum mediocre nocturnū dom⁹
mercurij prima ⁊ eſt exaltatio mercurij
xv. gradu eius. domus eius in die eſt ve
nus in nocte luna. ⁊ mars ꝑticipat cum
eis de triplicitate eſt ſcd̄a. Prima facies
eius eſt ſolis. ſecūda veneris. tercia mer
curij. Ex parte hominis habet in poteſta
te ventrē ⁊ inteſtina. ꝑſonā pulcrā facit
pulcros oculos. faciem decorā. ⁊ mitigat
volūtatē. Dom⁹ eſt infirmitatis ſeruorū
⁊ ancillarū ⁊ beſtiarū inconſtantiā ſignifi
cat ⁊ mutationē de loco ad locū ⁊ hͦ ſignū
dicitur vgo. qꝛ vgo ſterilis eſt ⁊ ſine fru
ctu. ſic ſol intrās illā ꝑtē zodiaci q̄ voca
tur vgo ſuo calore humorē cōſumit ⁊ ſic
terrā a fructu ſterilem facit.

## Capitulum. XVI.

De ſigno libre

Libra ſm miſael eſt ſignū aq̄ū
maſculinū inſtabile diurnū. do-
mus veneris. prima exaltatio ſaturni. i
xxi. gradu eius. domus eius ven⁹ de die
ſaturnus. de nocte mercurius. ⁊ iupiť ꝑ-
ticipat cum eis de triplicitate eſt tercia.
Prima facies eius eſt lune. ſcd̄a ſaturni.
tercia iouis. de corpe hominis regit in-
feriora ventris inteſtina ⁊ vmbilicum.
Domus eſt vxoris ⁊ nuptiarū ꝯtentōis
furti ⁊ rapine. De hoc albu. in. v. gradu
libre. leo oritur ⁊ alterat ⁊ calefacit aerē
in. xxij. gradu corona oritur et fit maria
ꝑturbatio aeris. xxxi. oriūtur hyades ꝑ-
tim ⁊ fit maior ꝑturbatio aeris. ⁊ p⁹ oriť
virgo. Dicitur aūt hoc ſignū libra. ab in
ſtrumento ponderādi. quia ſol exiſtēs in
illa ꝑte celi que dꝛ libra. dies cū noctibꝫ
ſiles efficit ⁊ equales ſm Iſi.

## Capitulum. XVII.

De ſigno ſcorpionis

Scorpio eſt ſm miſael ſignū aq̄-
um frigidū fixum ⁊ nocturnum.
Domus prima martis. nulli⁹ exaltatio.
domus eius in die venus in nocte mars
⁊ luna ꝑticipat cū eis. de triplicitate eſt
quarta. Prima facies eſt martis. ſecun
da ſolis. tercia veneris. Et ꝑte hominis
mēbris deſeruit generatiuis renibꝫ ⁊ ve
ſice. faciē dat rubicūdā ⁊ paruā. capillos
multos. oculos ꝑuos. crura lōga. pedes
magnos ⁊ leuē facit hoīem ⁊ inſtabilem
iraſcentem ac mendacē. dom⁹ dꝛ mortis ⁊
timoris. debili ⁊ laboris. dāni ⁊ cōtentio
nis belli caliditatis ⁊ igenij. De hͦ albu.
in. ij. gradu ſcorpionis ſtelle hyades ori
untur ⁊ fit magna ꝑturbatio aeris ⁊ tē-
peſtas ⁊ poſt oritur taurus. In. ix gradu
eius occidunt pliades ⁊ fit aeris ſereni-
tas. Diciť aūt ſignū illud ſcorpi⁹. quia
ſcorpi⁹ eſt aīal valde pūgitiuū cū cauda.
ſilr ſol exñs in illa ꝑte zodiaci q̄ dꝛ ſcor-
pius cā eſt leſionis ⁊ pūctionis corpis
humani. qꝛ tūc declinans min⁹ calefacit
aera. vñ aer diſtempat⁹ in frigiditate ci
to ledit ⁊ pūgit corpus. vt di. Iſi.

## Capitulu XVIII.

De ſagittario

Sagittari⁹ ſm miſael ē ſignū aq̄ū
maſculinū mediocre diurnū ex-

altatio cauď in .iij. gradu. domus eius ī die eſt ſol. in nocte iupiter. ſaturnꝰ ꝑticipat cū eis. de triplicitate eſt prima. Prima facies eius eſt mercurij. ſecūda lune tercia ſaturni. Ex parte hoīs diſponit femora longas facit coxas ⁊ crura. faciem longā. ⁊ mentū ſubtile. hoīem facit pulcriorē retro qꝫ ante. capillos dat ſubtiles. ventrē magnū et in motu facit hominem delectari. Dicitur domus itineris. fidei ſapientie. magiſterij ⁊ honoris ex magiſtratu ſapientie aſtroꝝ ⁊ diuinatōnis ſomnioꝝ. De hoc di. Albu. ij. gradu ſagittarij cū oriuntur pliades ſtatim occidunt ⁊ oritur caput ſcorpij ⁊ fit valida turbatio aeris. viij. gradu hyades occidunt ⁊ mutatur aer. Dicitur aūt ſagittarius iſtud ſignū quia ſicut ſagittariꝰ emittit ſagittas. ſic ſol exiſtens in illa parte zodiaci ad nos emittit grandines pluuias atqꝫ niues.

## Capitulum. XIX.

De capricorno

c Capricornus ſm̄ Ozi. eſt ſignum terreū. frigidū. inſtabile. nocturnum. ſaturni primū domiciliū. exaltatio martis eſt. in. xxviij. gradu eius domus eiꝰ eſt de die venus. ī nocte luna. ⁊ mars ꝑticipat cū eis. de triplicitate eſt ſecunda. Prima facies eius eſt iouis. ſecūda martis. tercia ſolis. In corpe hominis reſpicit genua ſubtilia dat crura corpꝰ ſiccum faciem hiſpidā ⁊ hirſutam. Domus vocatur dominij ⁊ honoris. regis ⁊ regni glorie ⁊ imperij. ſubſtantie furtim ſublate. De hoc albu. In quarto gradu capricorni oritur cancer ī. xxx. gradu occidit caput cancri ⁊ oritur caput capcorni. Dicitur capricornus qꝛ caper eſt animal cornibꝫ petens ſuperiora. ſic ſol exñs in illa pte zodiaci facit ſolſticiū hyemale. ⁊ tūc incipit aſcendere ꝑ ſigna verſus arietem ⁊ verſus cancrum.

## Capitulum. XX.

De aquario

a Aquarius ſm̄ miſael ſignum eſt maſculinū. fixum. diurnū. domicilium ſaturni. ſed nullius eſt exaltatio. domus eius in die ſaturnꝰ. in nocte mercurius. iupiter ꝑticipat cū eis. de triplicitate eſt tercia. Prima facies eius ē veneris. ſecūda mercurij. tercia lune. Dñari dicitur tibijs hominis vſqꝫ ad cauillam pedis facit hominē gloriantē. multa deuaſtantē. pulcram facit faciem ⁊ coloratam. ⁊ tybiam facit alicuius altera lōgiorem. Domus vocatur amicicie mercati ⁊ fortune. redditus tributi. ſubſtantie regis militis aut peditis. De hꝫ albu. In quarto gradu ſigni aquarij orit leo. in. xi. gradu regia ſtella ⁊ lampades occidunt ⁊ mutāt aerem. ⁊ poſt capricornus ⁊ oritur caput aquarij. Dicitur autē ſignum iſtud aquarius ſm̄ fabulas pincerna deoꝝ manibꝫ eoꝝ aquā fundens vnde tenet vrnā. Et ideo tunc dicitur ſol eſſe in aquario eo ꝙ tunc tpis cōdenſat aer in aquas multas et fiunt pluuie plꝰ qꝫ in alio tpe vt di. Iſidorus.

## Capitulū. XXI.

De ſigno piſcium

s Signum piſcium ſm̄ miſael eſt ſignum aqueū. frigidum mediocre nocturnum. domicilium iouis. Sed exaltatio veneris in. xxvij. gradu eius. Domus eius in die eſt venus in nocte mars ⁊ luna participat cū eis. de triplicitate eſt quarta. Prima facies eius eſt ſaturni. ſecūda iouis. tercia martis. De corpore hominis regit pedes amplū dat pectus paruū caput. florentem barbam ⁊ pulcram. album facit hominē. magni animi. rotūdiſqꝫ oculis. Vocatur autē iſtud ſignū domus inimici aſini. ⁊ equi ⁊ omnis beſtie que equitatur. Et ſigt labores lamentationē ⁊ triſticiā. ſuſurrationem ⁊ doloſitatē maliuolentiā ⁊ carcerem. De hoc albu. in. x. gradu ſigni piſcium ortus eſt vginis in. xij. gradu chele. i. libra oritur in. xix. gradu oritur cācer. in. xxiij. gradu orion ⁊ aquariꝰ oriuntur. Dicit autē ſignū iſtud piſciū eo ꝙ tunc tpis fit generatio piſciū ⁊ cōfricatio quia calore ſolis aſcendēte ⁊ huores diſſoluēte ſolent tūc piſces effundere ſemē ſuū. vt di. Iſi. Has itaqꝫ. xij. ſignoꝝ celi ꝓprietates ⁊ occultas vtutes ſꝫ aſtro

logos ⁊ eoꝝ iudiciū. huic opuſculo inter
ſerui eſtimās vtile eſſe legentib⁹ eoꝝ
nomina in ſcriptura breuiter ⁊ ꝑiter in
uenire. quid de eis ſenſerint antiqui. et
quare eis talia nomīa impoſuerūt aſtro/
logi ſyderū inſpectores. Quia ſm̄ iſtoꝝ
xij. ſignoꝝ ſiue domoꝝ ortus ⁊ occaſus et
aſpectus varios ⁊ mutādos. accidere di
cunt in iſtis inferiorib⁹ mutatōes. Su/
periora enī īmutāt ⁊ alterāt hec inferio/
ra ⁊ in eis ſuas faciunt impſſiones. Per
iſta aūt. xij. ſigna mouentur ⁊ diſcurrūt
planete que dicūtur ſydera errātia. cer
tis vt dicit Beda. ſpacijs diſcreta ab in
uicem ⁊ diſtincta que dicūtur errantia
nō quia errant cū certiſſimū habeāt mo
tum ⁊ diſcurſum. Sed ideo dicuntur er
rare. quia cōtra firmamentū curſum ſu
um agere dinoſcuntur. Et ideo de motu
planetaꝝ ⁊ ipſoꝝ ſitu. ⁊ effectu aliq̄ ſunt
dicēda breuit̄ tā in generali q̄ʒ ī ſpecial

# Capitulū . XXII.

De duplici motu planetarum

Mouentur aūt planete duplici
motu. ſ. naturali ⁊ ꝓprio id eſt ab
occidente in orientē cōtra mo/
tum firmamenti. ⁊ motu alieno. ſ. ab ori
ente in occidentē ⁊ hoc raptu firmamen
ti cui⁹ violentia ſingulis dieb⁹ ab ortu
vſq̄ʒ ad occaſum rapiūtur. In motu au
tem naturali quo nitūtur contra firma
mentū. quidā celerius quidā tardius.
ꝑficiunt curſum ſuū. ⁊ hoc ꝓpter circulo/
rum ſuoꝝ diſparē quātitatē. Nam ſatur
nus in quolibʒ ſigno moratur ꝑ. xxx. mē
ſes ⁊ cōplet curſum in. xxx. annis. Et iu
piter moraẗ in quolibet ſigno ꝑ vnū an/
num ⁊. xij. annis complet curſum ſuum
Mars moraẗ in quolibet ſigno. lx. di. et
ꝑficit curſum in. ij. annis. Sol moratur
in quolibet ſigno. xxx. di. ⁊. x. ho. ⁊ ſemiſſe
⁊ ꝑficit curſum ſuū in. ccclxiiij. dieb⁹ ⁊ q̄
drāte. Mercurius moraẗ in quolibet ſi
gno. xxviij. dieb⁹ ⁊. viij. alij. vi. alij. xi. ho
ris. ⁊ complet curſum ſuū in. cccxxxviij.
dieb⁹. Uenus moraẗ in quolibet ſigno
xxix. dieb⁹ ⁊ cōplet curſuʒ ſuū i. cccclviij
dieb⁹. Luna moraẗ in quolibet ſigno. ij.
dieb⁹ ⁊ dimidio ⁊. vi. ho. ⁊ biſſe vni⁹. co/
plet curſum ſuū a pūcto vſq̄ʒ ad punctū
in. xxvij. di. ⁊. viij. horis. Ex iſtarū auteʒ
ſeptē ſtellarū ingreſſu ⁊ ꝓgreſſu ꝑ. xij. ſi
gna ⁊ egreſſu ab eiſdem varianẗ ⁊ diſpo
nūtur oīa que in hoc mūdo inferiori ge/
nerātur ⁊ corrumpūtur. vñ in li. Miſa/
lath pħi legitur ſic ca. i. Altiſſimus fe/
cit mundū ad ſilitudinē ſpere. ⁊ fecit cir/
culū altiorē in circuitu eius volubilē et
terrā fixā in eius medio nō declinantē
ad ſiniſtrā vel dextram. Et poſuit alia ele
menta mobilia ⁊ fecit ea moueri per mo
tum ſeptē planetarū. ⁊ omnes ſtelle alie
coopantur planetis in ſuis opationib⁹
⁊ naturis. Unde ⁊ opus planetarū ſile
eſt lapidi magneti ⁊ ferro. q2 ſicut trahi
tur ferrū ab eo. ita omnis creatura ſuper
terraʒ a motu planetarū afficitur. apta
tio etiam ⁊ deſtructio fit motib⁹ ⁊ opa/
tionib⁹ planetarū. Diuerſificaẗ autem
opatio eoꝝ. ſm̄ climatum diuerſitatem
aliud enī opatur circa ethyopes. ⁊ aliud
circa ſclauos. vnde ſicut dicit idē. ca. iiij
Attendēda eſt planetarū coniunctio in
ipſis ſignis. quia ſi plures fuerint cōiū/
cti ī ſignis aquaticis in reuolutione an
ni ſignat multitudinē pluuiarum. Si in
igneis ſiccitatem ⁊ famē ex exceſſu calo
ris ⁊ ſiccitatis. ſi in aereis multitudinem
ventorū. ſi in ſignis frigidis grauitateʒ
frigoris ⁊ tēpamentū caloris. Et iterum
in eodem li. viij. ca. dicitur. Ex effectus
ſignorum intendūtur in opatōnib⁹ ſuis
ex cōiunctione planetarum ſiue in bono
ſiue in malo. quia ſi fuerint boni planete
bonū ptendunt. ſi fuerint mali cōtrariū.
Nam vt tradit idem. Planetaruʒ ſunt
quidam maſculini mali diurni. pondero
ſi. frigidi ⁊ ſicci. ſ. ſaturnus. quidam bo/
ni maſculini. diurni ī. tpate calidi et hu/
midi ſicut iupiter. mars vero maſculin⁹
nocturnus. calorem et ſiccitatem gene/
rat. ſol maſculinus calorem ⁊ ſiccitatem
operatur. venus femineus. nocturnus.
inter caliditatem ⁊ humiditateʒ medio
cris. mercurius vero tempate eſt natu/
re diurnus modo maſculinus modo fe/
mininus. vnde cito vertit ſe ad naturam
illius cui coniungitur vt cum bonis bo/
nus et cum malis malus vel mediocri/

bus ſimilis efficiatur. Luna inſup ē pla
neta femineus. nocturn᷒. frigidus ⁊ hu-
midus cum exceſſu. Et ideo ſm̄ aſtrolo
gos planete aliqui in ſuis effectib᷒ ſunt
boni. ſ. iupiter ⁊ venus. nulli enī nocent.
ſed tam ſuos q̄ȝ nō ſuos adiuuant et cu-
rant quātū pn̄t. Alij ſunt mali. ſ. mars ⁊
ſaturnus. quia nō ſuis ſemper obſunt ſu
is tantuȝ ꝓſunt. Alij vero mediocres. ſ.
ſol. luna ⁊ mercurius. Nam ſuis bona in
gerunt. ceteris vero modo bonum modo
malum. ⁊ maxime ſm̄ ꝙ bonis planetis
vel malis in diuerſis ſignoꝝ domib᷒ con
iungūtur. nam cū bonis bona cum malis
mala. vt ſepius operantur. Hi autē. vij.
planete maxime in generatōne habent
tam hominū q̄ȝ animaliū poteſtatē. Un-
de ſm̄ aſtro. ⁊ etiam Hal. ⁊ alios peritos
medicos. Saturnus materiā cōceptam
in matrice. frigiditate ⁊ ſiccitate ſua co-
agulat ⁊ cōdenſat. iupiter auteȝ ſecūdo
menſe ſpūm ⁊ mēbra tribuit. tercio mē-
ſe mars ſubtiliat ſanguinē et humores
cōdenſat ⁊ ordinat ⁊ cōponit. ſol in quar
to menſe vitalē calorem ⁊ ſpūm epati ⁊
cordi tribuit. venus in quinto menſe or-
gana ſenſibilia ⁊ officialia membra au-
res ſcȝ ⁊ naſum et huiuſmodi perficit et
diſponit mercurius ſexto menſe omnia
corporis foramina et poroſa membra vt
linguam ⁊ nares cōponit. luna menſe ſe
ptimo ſuis limitib᷒ membra diuidit et
diſtinguit ⁊ ideo fetus tunc naſcitur vi-
lis et ſalubris. Si vero naſci diſtulerit
vſq; ad octauū menſem. fetus tunc mo
ritur ⁊ hoc quia vtus ſaturni tunc iterū
redit. quia vtraq; qualitate ſua frigida
⁊ ſicca fetum mortificat ⁊ aſtringit. no-
no autē menſe regnat iterum iupiter. q̄
fetus calore ſuo tempato refouet ⁊ cu-
ſtodit. vnde ptus tunc naſcens vitalis
erit. ſimiliter naſcens in principio deci-
mi menſis poteſt eſſe ſalubris ⁊ vitalis.
quia tunc iterū regnat mars cui᷒ calore
⁊ ſiccitate mēbra naſcentis roborantur.
Unde fetus caloris ⁊ ſiccitatis beneficio
egreditur iam robuſtus. Iſtas ⁊ multas
alias habent planete ī corporib᷒ inferio-
ribus opationes generales ⁊ etiā ſpecia-
les. maxime quādo in ſuis domicilijs do
minant. Singuli eñ planete habent do-
mos ꝓprias. vt di. Albu. Nam domus ſa
turni prima ⁊ ꝓpria eſt capricorn᷒ ⁊ ſimi
liter aquarius. Domus iouis piſcis et
ſagittari᷒. domus martis aries ⁊ ſcorpi᷒.
domus veneris libra et thaurus. domus
mercurij vgo ⁊ gemini. domus ſolis leo
domus lune cancer. In his. xij. domibus
ſiue ſignis ſeptē planete dn̄ant. ⁊ p eas
diuerſis motib᷒ euagantes. nūc deprimū
tur nunc exaltantur. In his aūt ſignis
mouētur planete duplici motu. ſ. acadē
tali ab oriente ad occidentē raptu firma
menti ⁊ motu naturali. ⁊ hic motus eſt
duplex primus ſcȝ ⁊ ſcd̄us. Primus mo-
tus eſt circulus quē facit planeta in p-
prio circulo cui᷒ metas ⁊ terminos nun-
q̄ȝ exit. Scd̄us motus eſt queȝ facit ſub
zodiaco ⁊ habito reſpectu ad zodiacū ſp
in equali tp̄e ⁊ per equale ſpaciū tranſit
Primus aūt motus planete ꝓprio fit in
circulo. qui dicitur ecentricus. ſic dict᷒
eo ꝙ nō habeat terram pro centro. ſicut
zodiacus habet terrā pro centro. Unde
circulus planete dicitur ecentric᷒ cuius
ſupficies cū per centrū terre tranſeat et
terram in duas medietates diuidat. cē-
trum tamē habet ſuū extra centrū terre.
⁊ iſte circulus ecentric᷒ eſt duplex. ſ. defe
rens ⁊ equans. Nam planetis aſſignan
tur tres circuli. vt di. ptho. ſcȝ equans et
deferens ⁊ epiciclus. Circulus deferens
eſt circulus planete p cui᷒ circūferentiā
ſemp mouetur epiciclus ipſius planete
dictus ideo deferens. quia defert circulū
epicicli. Circulus equans dicitur ſuper
cuius centrum mouetur centrum epici-
cli planete vniformiter. etiā dr̄ equans
quia in illo tenet planeta equaliter cur
ſum ſuum. Epiciclus eſt quidam puus
circulus. quem deſcribit planeta motu
corporis ſui per cuius circūferentiā mo-
uetur corpus planete. vnde in ſuperiori
parte ſui epicicli mouetur ab occidente
in orientem in inferiori vero parte mo-
uetur ab oriente in occidentem. Et ideo
patet ꝙ ſol ⁊ alij planete in proprijs cir
culis mouentur et primis vniformiter
q̄uis in diuerſis diuerſimode moueān
tur. In iſtis itaq; circulis diuerſis mo-

plex motus planetarũ eſt ab aſtrologis
ſapientiſſime deprehenſus motus.ſ. dire
ctus ſtationarius ⁊ retrogradus. Dire/
ctus eſt quãdo mouetur directe a prin/
cipio ſigni verſus finem. Retrogradus
vero dicitur quãdo econuerſo tendit a fi/
ne ſigni verſus principiũ. Stationari⁹
autẽ eſt quãdo ſtat quaſi in medio ita ꝙ
nec principio videtur ſigni accedere ne
ꝗ fini. fit autẽ directio ſemper in parte
epicicli ſuperiori. Retrogradatio ſemꝑ
in parte inferiori. Statio vero fit in me/
dio. cui⁹ diuerſitatis ratio a ph̄is diuer/
ſimode aſſignatur. iſta tamẽ retrograda
tio in .v. ſolũ planetis habet locũ. nõ au
tem in ſole nec in luna. non enĩ ſol neq̃
luna retrogradiũtur ꝗ̃uis ĩ epicíclo mo
ueantur. Et hoc ideo vt dicũt aliqui. q꞉
radij ſolares ſunt cauſa iſtius retrogra/
dationis. Nam virtus radiorũ ſolarium
aliquãdo illos repellit ⁊ facit retrogra/
dos. quãdoq̃ eos attrahit ⁊ ſic eos qua
ſi ſtare cogit vt di. Alphra. Alias cau/
ſas aſſignat ptho. ſed hec nunc ſufficiant.
Recollige igitur ex predictis ꝙ planete
ſunt ſtelle erratice per ſeptem orbes di/
ſtincte ſicut ſitu ſic virtute ⁊ effectu ad ĩ
uicem differentes. ſicut dicit Beda ĩ li.
de naturis rerũ. Sunt aũt ſtelle iſte ele/
mentorũ ĩmutatiue. omniũ generabiliũ
generatiue. ⁊ corruptibiliũ corruptiue.
Sunt etiam cõtrarietate ſui motus im
petus celeſtis corporis retardatiue. ſere
nitatis ⁊ tempeſtatis cõcitatiue. ſterili/
tatis ⁊ fertilitatis inductiue. fluxus ma
ris ⁊ refluxus cauſatiue. Sunt etiã ſua
rum qualitatũ ⁊ virtutũ inuicem parti/
cipatiue. Nam vt di. Beda quãdo aliq̃s
planetarũ alterius circulũ ingreditur il
lius participat qualitatẽ ⁊ virtutem. per
mutuũ etiam aſpectũ. ⁊ cõiunctionẽ ſũt
ſuarũ qualitatuꝫ ⁊ effectuũ ꝑmutatiue.
Nam bonitas beniuole ſtelle per p̄ñtiã
male remittitur. et econuerſo. maligni
tas maliuole ꝑ p̄ñtiã beniuole tẽpat. vt
dicit Albu. ⁊ ptho. Sunt etiã inſuper ex
eorũ ordinata eleuatiõe ⁊ depreſſione in or
bibus ⁊ ex mutua circulorũ ſuorũ interſeca/
tione ſtudoris et armonie generatiue.
ſic dicitur in li. de .v. ſubſtãtijs. Et vt di.
macro. Inter ſperã ſaturni ⁊ lune omnes
cõſonãtie muſice inueniũtur. Cũ ſole mi
cantes ſunt ſue luminoſitatis occultati
ue a virtute ſolis ĩmutationis recepti/
ue. Quãto habent altiores circulos tã
to tardius ſunt ſui curſus cõpletiue.

## Capitulũ. XXIII.

De ſaturno

Saturnus eſt a ſaturando dictus
cui⁹ vxor ops eſt dicta ab opulẽ
tia quã tribuit mortalibꝫ. vt di. Iſid. ⁊
Mar. de quo dicũt fabule ꝙ ideo depin/
gitur meſtiſſimus. quia a filio ſuo fingi
tur caſtratus fuiſſe cui⁹ virilia in mare
ꝓiecta venerẽ cauſauerũt. Eſt aũt ſcḋm mi
ſael ſaturnus planeta maliuolus frigid⁹
⁊ ſiccus. nocturnus ⁊ ponderoſus ⁊ ideo
in fabulis ſenex depingitur. Iſte circu/
lus a terra eſt remotiſſimus ⁊ tamẽ ter/
re eſt maxime nociuus vnde ꝓpter elõ/
gationẽ a terra per .xxx. annos ꝑficit cur
ſum ſuũ. plus nocet retrogradãdo ꝗ̃ di
recte ꝓcedendo. Unde in fabulis fingi
tur habere falcẽ curuã. In calore etiam
pallidus aut liuidus ſicut plũbũ. q꞉ du/
as hꝫ q̃litates mortiferas. ſ. frigiditatẽ
⁊ ſiccitatẽ ⁊ ideo fet⁹ ſub ipſi⁹ dñio nat⁹ ⁊
cõcept⁹ vel moriť vel peſſimas cõſequiť q̃li
tates. Nã ſcḋm ptho. in li. de iudicijs aſtro
rũ dat hoĩem eſſe fuſcũ turpẽ iniq̃ opan
tẽ. pigrũ grauẽ. triſtẽ. raro hylarẽ ſeu ri/
dentẽ. Un di. idẽ ptho. Subiecti ſaturno
ragadias. i. fiſſuras ſiccas ſepi⁹ in calca/
neis patiunť. glauci ſunt coloris ⁊ liui/
di. in capillis ⁊ in toto corpe aſpi ⁊ ícul
ti turpia ⁊ fetida nõ abhorrẽt veſtimẽta
aĩalia diligũt fetida ⁊ immũda. res dili
gũt acidas ⁊ ſtipticas q꞉ in eorũ cõplexio
ne hũor melãcolic⁹ dñať. De hᷓ ſaturno
di. ptho. ſub ſaturno ſunt capcorn⁹ ⁊ aq̃/
rius. ei⁹ dñiũ ẽ ĩ libra. ſed ĩ ariete regnũ
abſtrahiť. Sub eo cõtineť vita edificiũ
doctrina ⁊ loc⁹ frigid⁹ ⁊ ſicc⁹. In iudicijs
ſigt merorẽ ⁊ triſticiã. Color ei⁹ ẽ niger
⁊ plũbe⁹. ⁊ ẽ falſidic⁹. tñ qñ ingrediť circu
lũ iouis mĩorať malicia ei⁹ ⁊ mutat colo
rẽ ex vicinitate ipſi⁹. Cũ ei ſit naturalr̄
plũbe⁹ ex claritate iouis cui cõiũgiť effici
tur cãdid⁹ atq̃ clarus. vt di. ptho.

## Capitu. XXIIII.

¶ De ioue

I Upiter qui ſm errorē gentiliuꝫ
⁊ fictiones poetaꝝ ſumm⁹ deoruꝫ
fuit pater. planeta ē beniuol⁹. calidus et
humid⁹. diurn⁹ ⁊ maſculin⁹. in ſuis q̄lita
tib⁹ tpat⁹ in colore ē argente⁹. candidus
clar⁹ ac bland⁹. Et ideo in circulo iouis
cām felicitatis antiq̄ pbi poſuerūt. vt di
cit mar. Iſti iouis circul⁹ ſaturni circu/
lo imediate ē ꝯiūctus. Et ideo ꝓpter alti
tudinē circuli ſui. xij. āniis pficit curſum
ſuū. Hic bonitate ſua repmit maliciā ſa
turni. qn̄ iupiter in ſupiori pte ſui circu
li. circulo ſaturni eſt ꝯiūctus. ⁊ ideo fin
gitur a poetis patrē ſuū a regno expulliſ
ſe. vt di. Mar. ⁊ Iſi. q2 pn̄tia ſua repri/
mit maliciā ſaturni naturalem. Hic ad
iunctus planetis bonis. bonas ⁊ vtiles
facit impſſiones in iſtis inferiorib⁹ ele/
mentis. Et ideo dicunt aſtrologi q̄ i cor
pore hominis coopatur ad pulcritudinē
et honeſtatē. pulcrū enī dat colorē niue/
um ⁊ rubore pmixtum. pulcros dat ocu
los ⁊ pulcros dētes ⁊ pulcros crines bar
bamq̄ʒ rotūdam. vt dicit ptho. Preeſt eī
aeri ⁊ ſanguini. ⁊ ſanguinee cōplexioni
De hoc dicit ptho. Sub ioue ſunt ſagit
tarius ⁊ piſcis. ⁊ ſunt dom⁹ eius. regnat ī
cancro ⁊ ī capricorno diſceſſus regni ei⁹
Sub ioue ꝯtinētur honor. diuicie. opti
mū indumentū. In iudicijs aſtrologoꝝ
ſignificat ſapientiā ⁊ rationē. ⁊ eſt veri/
dicus vt quādo apparet in aſcendente ſi
gnificat ſm aſtrologos reuerentiaꝫ ho/
neſtatē fidem ⁊ diſciplinā. et erit finis
ad ſaluationē ſic omniū ſignoꝝ cōfortat
bonitatē ⁊ ſigt in eis bonū quādo in eis
inuenitur. niſi in duodecimo. vbi dicūt
ſignificare iouē ſeruitutē. paupꝛtatem ⁊
triſticiam. ex parte quadrupedū ⁊ mero/
rem ex parte familie ⁊ ſeruoruꝫ. vt dicit
ptho. et Miſael.

## Capitulum. XXV

¶ Natura de marte

M Ars deus belli a gentib⁹ putaba
tur. Eſt enī planeta calidus ⁊ ſic
cus. maſculinus ⁊ nocturnus vnde peſt
colere ⁊ igni. ⁊ colerice cōplexioni. ⁊ diſ/
ponit ad audaciā ⁊ animoſitatē ⁊ appeti/
tum vindicte. ꝓpter qđ deus belloꝝ voca
batur imediate ſequit̄ iouem ⁊ pcedit ve
nerē. Et ideo ex vtriuſq̄ʒ ſtelle beniuole
vicinitate eius nociuitas tpatur. In co
lore eſt fulgid⁹ ſiue rutilās ſicut ignis vt
di. mar. Un̄ ⁊ maiorē vim habet calefa/
ciendo q̄ʒ alij planete vt di. idē. Hic pla
neta ſm ptho. diſponit in homine ex pte
corporis ad longitudinem ⁊ gracilitatē. ⁊
hoc rōne caloris ⁊ ſiccitatis. ſed hoc ē in
iuuentute. Nam in ſenectute ex calore
cōſumēte ⁊ ſiccitate ꝯtrahente. diſponit
ad curuitatē ex pte mentis diſponit ad
mobilitatē animi ⁊ leuitatē. ad irā ⁊ ani
moſitatē ⁊ alias colericas paſſiōes diſpo
nit etiā ⁊ abilitat ad igneas opationes
ſicut ad ferrarios ⁊ furnarios. ſicut ſatur
nus ad terrā cultores ⁊ grauiū ponderū
portitores. ⁊ iupiter econuerſo ad artes
leniores. facit enī abiles vt ſint orato/
res trapezete. i. cambitores. ⁊ argētī tra/
ctatores ſcriptores ⁊ hmōi. vt di. miſa.
ſm ptho. etiam ſub marte ſunt hec ſigna
ſcorpius aries et ſunt dom⁹ eius regnat
in capricorno. ſed in tauro eſt diſceſſus
regni eius. Sub ipo ꝯtinetur plūb. car/
cer ⁊ inimicus ⁊ ſignificat irā ⁊ celeritat/
tem ⁊ furorē. ⁊ eſt rubeus falſidic⁹ ⁊ dolo
ſus. morat̄ in quolibet ſigno. xl. di. ⁊ xvi
h. in. ij. annis ꝯplet curſum ſuū.

## Capitulūʒ. XXVI

¶ Natura de venere

V Enus qui ⁊ lucifer dicit̄ eſt pla/
neta ſm miſael beniuolus femi
neus nocturnus in ſuis qualitatib⁹. ſ. in
calore ⁊ humore tpatus. Hic planeta ex
cedit ſolus zodiacū in duab⁹ partib⁹. vt
di. beda. ⁊ eſt dictus venus. q2 ſua quali/
tate calida vel humida dicit̄ venerei hu
moris vel amoris excitatiu⁹ ſm Iſi. Sē
per cōcomitat̄ ſolem vel pcedit ⁊ tunc dī
citur lucifer. vel ſequitur ⁊ tūc dicit̄ veſp
vt di. Beda. Colorē habet candentē ⁊ re
fulgentē electro ſimilem. vt di. mar. In
ter omnia eī ſidera gaudenti⁹ fulget vñ
et iubar dicitur. eo q̄ iubar radioſi lu/
minis a ſe emittit ꝓpter qđ ⁊ vmbrā fa/

cit. Qn̄ aura multū eſt ſerena diem ⁊ ſo
lis ortū imediate ān̄ūciat ⁊ ꝓcedit. Qn̄
eſt in eodē ſigno cū ſole a claritate ſolis
abſorpt⁹. ſe tūc tp̄is nō oñdit. qn̄ venus
eſt altior mercurio tunc eſt illo ſegnior
motus eius et econuerſo cū ē inferior tūc
eſt celerior vt di. macr. In tribꝫ ſemito
nijs ſoli occurrit. vt di. mar. ⁊ maliciam
deprimit. vt dicit ptho. Ex pte corporis
diſponit ad pulcritudinē ⁊ ad volupta/
tes in tactu. in olfactu. i guſtu. ⁊ in cātu.
Vn̄ facit eſſe cātores ⁊ muſicoꝝ amato/
res ⁊ ſpecieꝝ ꝯfectores. aurifices ⁊ veſti
um muliebriū inciſores. vt ait miſ. ⁊ di
cit ptho. Sub venere inq̄t ſunt libra et
taurus. ⁊ ſunt eius dom⁹ ⁊ regnat in piſci
bus. ⁊ in virgine deficit regnū ei⁹. et ab
ſcedit. Sub ipſo continetur via ⁊ amor
et amicicia ⁊ pegrinus. ⁊ ſignat lucrum
et gaudiū. ⁊ eſt veridicus ⁊ morat̄ in quo
libet ſigno. xxix. diebꝫ. ⁊ complet curſum
ſuū in. ccc. et. lxviij. diebꝫ.

## Capitulū. XXVII

De mercurio

Mercurius ſm̄ miſael. eſt plane/
ta tempatus. nocturnus. modo
maſculus. modo femininus. cito eni ſe
vertit ad naturā illius cui adiungitur vt
cum bonis bonus. cū malis malus. cum
mediocribꝫ mediocris vel maliuol⁹ effi/
ciatur. Unde ⁊ in ſuperiori parte ſui or/
bis. aſs obſidis miſcet qualitates ſuas
cum qualitatibꝫ veneris. ⁊ ideo fingitur
a poetis ꝙ cū ea fuerit fornicatus: vt di
cit Iſido. ⁊ dicitur mercuri⁹ quaſi medi⁹
currens. quia quaſi medius eſt ſm̄ De/
dam inter venerē ⁊ ſolem. vnde in ſupe/
riori parte ſui circuli cōiungitur cuꝫ ve/
nere. in inferiori vero cōuenit cum ſole
Circulus etiā ſuus in ſuperiori parte in/
trat circulū veneris. in inferiori aūt par
te intrat circulū ſolis. Quādo eſt in ſu/
periori parte ſui circulus medius videt̄
et minus a ſole obſcuratur. Aliquando
etiam ante ſolis ortum aliquādo poſt oc
caſum ſplendet. ⁊ ideo ab aliquibꝫ veſpe
rus nūcupatur. Aliquis dicitur domina/
ri. vnde Lucanus loquēs de mercurio di
xit. Quātum domin⁹ ꝑcuſſit aquarum.

Dicitur etiā a poetis deus eloquētie et
ſapientie. vnde ſm̄ ptho. Mercuri⁹ dat
eſſe ſtudioſos ⁊ ſcientie numeroꝝ ama/
tores. diſponit eni ⁊ abilitat ad ſcientiā
et vſum calculi ⁊ cōputationis. Et ideo
dicitur fuiſſe deus mercatoꝝ. quia mer/
catoribꝫ cōputatio ſumme neceſſaria ē.
Dicitur aūt deus paleſtre. vt di. Iſid.
eo ꝙ cū ſole luctatur. quaſi volens eum
ſupare. Semper eni iuxta ſolem gradi/
tur. nunq̄ꝫ plus diſtans q̄ꝫ per. xxx. gra/
dus. vnde raro videtur. quia ſemp fere
ſub radijs ſolaribꝫ occultatur. Et ideo
propter calorē ſolis fuſcus depingitur. ⁊
propter ſuam celeritatē curſor deoꝝ in
fabulis nūcupatur. quia nunc cum ſole.
nunc ante. nūc poſt graditur. Quādo ſo
lem ꝑuenit radijs ſolaribꝫ proxim⁹ ſta/
re videtur ⁊ dicitur ſtationarius. Quā
do aūt ſeq̄tur videtur retrograd⁹. vt di.
Macrobius. ſm̄ ptho. aūt ſub mercurio
ſunt gemini ⁊ virgo ⁊ regnat in virgine
ſed in piſcibꝫ regnum abſcedit. Cum ſo
le ſemp morat̄ vno ſigno ante aut vno
poſt. Sub mercurio cōtinetur fortuniū
negociatio furtū. ſignificat rationē ⁊ ſa
pientiā ⁊ eſt albus. cum beniuolis beni/
uolus. et cum malis malus. moratur in
vnoquoq̄ꝫ ſigno. xxviij. di. et. vi. horis.
et in. cccxxviij. di. complet curſum ſuū.
hucuſq̄ꝫ ptho.

## Capitu. XXVIII.

De ſole

Sol ſm̄ Iſi. quaſi ſolus lucēs di
citur. eo ꝙ ſit fons totius luminis
cui⁹ radiatōe ſupiora ⁊ inferiora illuſtrā
tur. Eſt āt ſol ſm̄ miſalath. planeta for
tunat⁹ ex ſe. ſed ꝑ ꝯiunctōeꝫ aliq̄n fit ma
lus maſculin⁹ diurn⁹ calid⁹ ⁊ ſicc⁹. Sol eſt
omnia viuificat. ⁊ rebꝫ omnibꝫ vitaꝫ ſpe
ciem ⁊ formā admiſtrat. Nā vt di. idem
Sol omnibꝫ luminaribꝫ celi maior eſt ī
quantitate ⁊ in dignitate ⁊ in claritate.
q̄r magis calcati ⁊ ꝯpſſi luminis eſt. Ma/
ior ē etiā i ptāte ⁊ effectuū multiplicita
te. Maior ē etiā in mot⁹ vniformitate.
q̄r ſemp mouet̄ motu directo in circulo
ꝓprio ſub zodiaco mediū ſꝑ tenens locū
trāſit ei recte circul⁹ ſu⁹ ꝑ mediā lineā zo

diaci cuiꝰ metas ⁊ terminos nō tranſcē/
dit ſol. ⁊ ideo eiꝰ motus in circulo ſuo ꝓ
prio eſt vniformis. Quis reſpectu alioꝝ
moueri diſſilit aliqñ videat. Circulꝰ quo
qꝫ ſolis ſicut et zodiacꝰ diſtinguit ꝑ. xij.
ſpacia ſiue ſigna quoꝝ qḋlibꝫ ↄtinet. xxx
gradus ⁊ qḋlibet gradus. lx. minuta. ⁊ qḋli
bet minutū. lx. ſcḋa. Et qñ ſol recedit ab
vno pūcto circuli ſui ⁊ reuertit in eundē
tranſit ꝑ. xij. ſigna. ⁊ iſte tranſitꝰ circulus
anni vocat nec in die naturali perfecte
tranſit gradū vnū ꝓut ↄputat albu. ſed
tranſit. lix. minuta. viij. ſcḋa al's ſcrupu
la. Ita q de illo ſexageſimo minuto re/
manēt duo ſcḋa impꝑtrāſita. Unde tātuꝫ
deficit q in vno die naturali non ꝑficit
gradū vnū. Sol igitur motu ſuo ordina
to ⁊ impturbato curſu ordinat ⁊ perficit
vniuerſa. vñ Ambro. in examero. ſic no
bis deſcribit ꝟtutes ipſius ſolis dicens
Sol eſt oculꝰ mūdi iocūditas diei. pul/
critudo celi. mēſura tpm virtus ⁊ vigor
omniū naſcentiū dñs planetaꝝ decor ⁊
ꝑfectio omniū ſtellaꝝ. Idem etiā dicit
mar. Sol inqt eſt fons ment. s. i. memo
ria ratōnis. principiū lucis. rex nature.
mens mundi. fulgor olympi. moderator
firmamēti. Ideo enī mouet contra fir/
mamentū vt moderet ⁊ ꝑ motū ſuuꝫ
ideo dicit ſplēdor olympi. vt di. macro.
in li. ciceronis. diffinitio fuit platonis
oim ſperarū lumen eſſe a ſole. Dicit enī
plato in thimeo. Ingeniauit deus rerū
cōditor lucem clariſſimā quā ſolem vo/
camus cuiꝰ ſplēdore celū ⁊ inferiora om
nia illuſtrātur vt numerus exiſteret om
niū animantiū. Et in li. de elementis di
cit Areſto. Sol inquit habet lumen pro
prium. ſtelle vero vel luna lumen a ſole
acquiſitū ſicut quādo a candela ſpeculū
ei oppoſitū illuminatur. Idē di. mar. q
ſol in medio ſigniferi incedēs. biſſenos
radios emittit ex ſe quibus ſuperiora ⁊
inferiora illuſtrantur. De his autē ſo/
lis mirabilibꝫ vel virtutibꝫ dicit beatus
Dio. in li. de di. no. ca. v. ſic. Senſibiliuꝫ
eſſentias ⁊ qualitates. multas quidem
et diſcretas exiſtentes ipſe ſol vnꝰ ens
et vniformis ⁊ illuminans lux renouat
nutrit. cuſtodit et perficit et diſcernit.

vnit ⁊ refouet. fecūda facit auget mutat
collocat. plantat. renouat ⁊ viuificat eti
am oīa. vnde ex ipſis verbis manifeſtat
ꝓprietas ipſius ſolis. in ꝓpria natura et
in ſuo effectu. in ſubſtātia enī ſeu eſſen/
tia ſua ſummā habet ſimplicitatē. Non
enī habet ex diſſimilibꝫ vel ex cōtrarijs
partibꝫ cōpoſitionē ſubſtātialē ſicut in/
feriora elemēta. vel elemētata. ſed oīmo
dam habet ſimplicitatē in ſua natura et
vniformitatē. ⁊ ideo habet ꝑpetuā in ſub/
ſtantia ꝑmanentiā ⁊ incorruptibilitatē
quia cōpoſitio ex cōtrarijs principiū eſt
corruptionis. vt di. areſto. ⁊ ex hac ſim/
plicitate ſummā habet ſm ſubſtantiā le
uitatem. Nam partiū materialiū cōpa
ctio eſt principiū ⁊ cauſa grauitatis. ⁊ ex
hac leuitate habet corpus ſolare ad mo
tum abilitatem. Leuia enī ad motū ſūt
facilia ⁊ maxime ſunt agilitatis. Ex ſub
ſtantie aūt ſue ſubtilitate et mobilitate
ſummā habet actualitatē ⁊ virtutem. qꝛ
quāto res eſt ſimplicior tanto ad diuer
ſos actus naturaliter eſt potēcior. Et iō
cōuenienter di. dyo. q ſol vniformis eſt
lux illuminās ⁊c. Nam virtutē habet il/
luminatiuā. qꝛ in ſuo lumine nunqꝫ defi
cit. Quis eius lumen vel ꝑ terre vel ꝑ lu
ne interpoſitionē nobis aliqñ auferri vi
deatur. Habet etiā virtutē renouatiuā.
Nā poros terre aꝑit ⁊ virtutē latentem
in radicibꝫ ad actu ꝑducit. ⁊ terre ſupfi
ciē herbis frondibꝫ ⁊ floribꝫ renouat ⁊ re
ueſtit. Per ſubintratōēꝫ enī virtutis ſo
laris penetrantis ad interiora terre hye
mali tpe qḋammō antiquata annis ſin
gulis vigore ⁊ pulcritudine renouantur.
Item virtutē habet nutritiuā. qꝛ ad in
teriora radicuꝫ ⁊ ſeminū ſolaris radius
ſubintrans calore ſuo humiditatē terre
diſſoluit ⁊ vi ſua attractiua qḋ ſemini ⁊
radici eſt ſimile de illa attrahit ⁊ illud i
nutrimētū terre naſcentiū ↄuertit. Itē
virtutē habet inferioꝝ cōſeruatiuā ⁊ ſal
uatiuā. Nam elemēta ꝓpter ↄtrarietatē
et mutuā repugnantiā quaꝫ habent inē
ſe ad inuicem ſe deſtruerent. niſi ꝑ virtu
tis celeſtis influentiā ↄciliarent ⁊ ſic in
eſſe debito ſaluarent. vt di. Alexā. Iteꝫ
ꝟtutē hꝫ ꝑfectiuā. qꝛ calor elementaris

incipit agere in generatione corporum
⁊ calor ſolaris pficit ⁊ producit vſq̃ ad
debitum cõplementũ. vt di. alexander.
Item virtutẽ habet diſcretiuã. Nã co
lores ⁊ rerũ ſpecies ⁊ figure que in tene
bris ſunt cõfuſe. per pſentiam ſolaris lu
minis agnoſcuntur ⁊ ab inuicem diſcer
nuntur. Item virtutẽ habet vnitiuã. et
hoc eſt per ſe ⁊ per accidens. Per ſe. quia
vnit ⁊ cõciliat ⁊ cõcordat planetas i ſuis
effectibꝰ. cõciliat etiam ſibi cõtraria ele
menta. vnde ſm mar. ⁊ macro. Sol me
dius eſt inter planetas quia ad armo/
niam celeſtem pficiendã hoc facit ſol in
ſuo circulo. quod facit media cordula i
muſico inſtrumento. Per accidens etiã
vnit omogenia ſicut ⁊ diſſoluit ethero/
genia ſm eni naturam in quã nunc ag/
gregat nunc diſſoluit. Item virtutẽ ha/
bet fecundatiuã. vim eni generandi ⁊ va
rias ſpecies pducendi confert iſtis infe
rioribꝰ. homo eni generat hominẽ ⁊ ſol.
vt dicit phꝰs. quia nihil fructificat ne/
q̃ creſcit vbi ſolis radius non attingit.
Item virtutẽ habet cõfortatiuã ſm eni
ſolis aſcenſum ſuper noſtrum orizontẽ.
virtutes animaliũ fortiores efficiunt ⁊
vſq̃ ad medium celi augmentãtur. ⁊ in
eius declinatione vſq̃ ad occaſum. pro
pter eius elongationẽ. debilitantur cor/
pora in ſuis virtutibꝰ ⁊ quaſi in ſomnũ
reſoluũtur. vt patet in floribꝰ qui apiun
tur. in ortu ſolis qui i occaſu marceſcũt
qdãmõ ⁊ claudunt. vt di. alexã. Itẽ vir
tem habet tempor imutatiuam ordinati
uam ⁊ diſtinctiuã. qr deſcẽdens p ſigna
auſtralia. efficit dies breuiores. aſcẽdẽs
vero p ſigna ſeptẽtrionalia efficit lõgio
res. Immutat etiã ipſos dies. qr ſol lu
cens ſup terrã diẽ facit. Et ſm diuerſã
diſpoſitões ſolis dies diuerſaſ imutatio
nẽ recipit. Nã primo rubet in mane de/
inde lucet in tpe hore tercie. feruet i me
ridie. pallet in veſpe. Vñ ⁊ q̃tuor equos
fingit habuiſſe quor primꝰ fuit eritheꝰ
id eſt rubeꝰ. ſcdꝰs aritheꝰ. i. ſplendidꝰ. t̃
ciꝰ lãpades. i. ardẽs. quartꝰ philogeꝰ. i.
amãs terrã. vt di. beda. Sol etiã vt di.
beda. ſi fuerit maculoſus vel ſub nube la
tens pluuialẽ diẽ pſagit ſi rubeat. ſi vero
palleat tẽpeſtuoſuz. Si vero clarꝰ in me
dio videat ita vt in medio fulgẽs radi
os emittat viſus auſtrũ tempeſtatẽ deſi/
gnat humidã ⁊ ventoſam. Si pallidꝰ de
cidat in nubes nigras ventũ aqlonarem
pnũciat. vt di. Beda. Itẽ virtutẽ habet
inferior informatiuã. Nam vt di. Iſid.
ſm eius elongationẽ ⁊ ppinquationẽ. fa
cies hoim ⁊ aialiũ corpa vigore ⁊ colore
diſponunt. vñ dicit mar. Solis cõſtella
tione hoies pulcros ⁊ agiles eſſe. Et ideo
in fabulis cũ pennatis veſtigijs depingi
tur ⁊ facie puerili. pter qd etiam plexto
id eſt pulcer dictꝰ eſt. Dic ptho. Sol fac
hoiem corpulentũ facie pulcrũ ⁊ colora
tum ⁊ magnor oculor et abilitat ad oĩa
opa auri ſi fuerit in exaltatõe ſua. Si vo
ĩn caſu ad omnia opa eris abilitat ⁊ di/
ſponit. Itẽ virtutẽ habet putrefactiuaz.
Radior eni ſuor diſpſione ſubtiliat ae
rem ⁊ diſgregat ⁊ cõſumit vaporẽ inficiẽ
tem aerẽ ac diſpgit ⁊ fugit aurã peſtilen
tem. Item cũ nõ ſit ſubſtãtiue calidꝰ vir
tutem habet calefactiuã. inflamatiuã et
vritiuã. ⁊ hoc fit ex motu radior ⁊ eorũ
cõfractione ac cõcurſu in ſupficie obie/
cti corporis maxime ſi obiectũ corpꝰ ſpe
culare fuerit ⁊ politũ vt dicitur in perſpe
ctiua. Item virtutẽ habet attractiuã ca
lore eni ſuo attrahit a mari fumos ⁊ va
pores ⁊ eos tandẽ condenſat in nubes. ⁊
ſic condenſatos reſoluit eos. nũc in gran
dines. nunc in pluuias. nunc in niues.
Unde ſm Marc. dicitur fabuloſe q ſol
fuit iuxta mare occeanum ab ethiopibꝰ
cum alijs dijs ad epulas inuitatus. Pu
tauerunt eni antiqui ſolem aquis occea
ni nutriri ⁊ attractos vapores in ipſius
nutrimentum conuerti ⁊ ideo dicunt an
te impetuoſam pluuiam calorem prece/
dere vehementem. Quod fit propter nĩ
miam attractionem vaporis ex forti im
preſſione caloris radiorum in ventre ſi
ue in cõcauitate nubis. vt dicit Areſto.
Item viuificatiuã habet virtutẽ qd pa
tet per hoc q nihil poteſt viuere vbi non
poteſt attingere virtus ſolis. Et ideo di
cit ptho. in eodem li. Sub ſole eſt leo et
eſt domus eius. ⁊ regnat in ariete ⁊ in li
bra diſcedit. ⁊ ſub ipſo cõtinent ſpecies.

lucrum.fortuna ⁊ heres.⁊ ſignificat ani
mam ⁊ ſpiritum.⁊ eſt color eius albus ⁊
rubeus ⁊ eſt veridicus ⁊ complet curſum
ſuum dieb9.ccc.et.lxiiij.et.vi.horis.Un-
de inter omnes planetas maxime diſpo
nit animalia ad animationē ⁊ viuifica
tionem.Item cū ſit maxime quātitatis
⁊ velociſſimi motus ſue velocitatis ⁊ ma
gnitudinis eſt occultatiuus.Cum ei ſit
octies maior tota terra.vt dicit macro.
Propter altitudinem ſui ſitus vix bipe-
dalis videtur.Q aūtē incōpabiliter ſit
maior q̄ꝫ apparet patet ex hoc ꝙ maior
videtur in ortu ſuo ⁊ occaſu quādo a no
bis maxime elongatur q̄ꝫ in pūcto meri
diei quādo nobis appropinquat vn̄ pa-
tet ꝙ in ipſius aſpectu decipitur viſus nr̄.
Et hoc apte declaratur in ipſius motu.
quia cōtinue mouetur velocius q̄ꝫ ſagit
ta.⁊ tamen moueri in aliquo non videt̄
pre nimia claritatis intenſione ⁊ exceſ-
ſu.ſic ⁊ ei9 quantitas ſic ⁊ mot9 velocitas
ſubterfugit viſum noſtrū.Et iſta de ꝓ
prietatib9 ſolis dicta nūc ſufficiant.

## Capitulū.XXIX.

De luna

Luna dicitur quaſi luminuꝫ vna
id eſt principalis et maxima.qr
corpori ſolari in magnitudine et pulcri-
tudine eſt ſimilima.vt dicit Iſido.Lu-
na eſt vt dicit Ambro.in exameron.de-
cor noctis totius mater roris.humoris
miniſtra.dominatrix maris tempoꝝ mē-
ſura.emulatrix ſolis.mutatrix aeris lu
men a ſe non habens.ſed a plenitudine
ſolis mutuans ⁊ acquirens.que ſm ap-
propinquationem vel elongationem a
ſole formam ſuſcipit ⁊ figuram.Carens
itaqꝫ luna proprio lumine.eſt a fontali
plenitudine ſolis luminis receptiua.
Unde dicitur in libro element.areſto.
ꝙ luna ſemꝑ in medietate ſui a ſole illu
minatur ⁊ lumen receptum reflectit in
terram.Naturam enim ſimilem habet
ſpeculo.quia proprio calore carens.lu-
men recipit ab alio et quanto ſoli plus
appropinquat tanto plus de ſuo lumine
ꝑdit ex parte terre.ſed claritatem quā
ꝑdit ex parte inferiori nullo modo ꝑ-
dit ex parte celi.Imo tanto plus ex par-
te ſuꝑiori illuminat̄.vnde quādo ſoli cō
iungitur nihil luminis ad terrā dirigit.
ſed ex parte celi in plena illuminatōne
permanet ⁊ perſiſtit.Et econuerſo quan
do ſoli opponitur tota ad terrā et non ad
celum illuminat̄.vt di.Beda ⁊ Macro.
Item luna eſt figure ⁊ forme ſue muta-
tiua.diuerſas eni facies ſui luminis oſ
dit ad terram.quia nūc arcualem nunc
circularem aſpectib9 hominū ſe oſtendit
nunc monoydos.nunc dictotomos nūc
amphitridos.nūc panſilenos.Monoy
dos autem eſt.quādo eſt prima ⁊ apparet
cornicularis.Dictotomos dicitur qua
ſi per mediū ſecta quādo eſt octaua.Am
phitridos eſt.quādo de ſua plena rotun
ditate eſt dubia.ſ.quando eſt.xi.vel.xij.
Panſilenos eſt.quando ex toto eſt ple
na.ſ.quando eſt.xiiij.Item luna tripli-
cis ſtatus eſt oſtenſiua.quia aut eſt cum
ſole.i.in cōiunctione quando accendit̄
aut a latere quando ſcꝫ a ſole recedit vel
quando ad ſolem reuertitur.aut in ple
na oppoſitione quando ſcꝫ totaliter ſoli
opponitur.Quando aūt a ſole primo re
cedit apparet corniculata ad modum ar
cus.cornib9 ſemper verſis verſus ortū.Qn̄
vero iterum appropinquat ad cōiunctōꝫ
recipit eandem formā.ſed verſis ſemper
cornib9 ad occaſum In parte autē auer
ſa a ſole ſemper apparet vacua.ſed in par
te ante ad ſolē verſa lumine repleta.Itē
luna eſt omnium humorum augmenta
tiua.quia per occulta nature ſpiramina.
fluxus ⁊ refluxus augmentatur.Unde
in eius detrimento in oſſibus medulle.
cerebella in capitibus et humores i cor
poribus diminuūtur et eius incremen
to multiplicant̄.Unde eius defectui om
nia compatiuntur ⁊ eius decrementum
inferiorum eſt detrimentū.vt di.mar.
Item aquarum maris eſt attractiua ſi
cut eni adamas trahit ferrum poſt ſe.ſic
luna mouet ⁊ trahit poſt ſe occeanū.Un
de in ſuo ortu intumeſcit mare ⁊ creſcit
ex parte orientali.⁊ decreſcit ex ꝑte occi
dentali.Et econuerſo quādo eſt in occa
ſu.creſcit mare ex ꝑte occidentis ⁊ decre
ſcit ex ꝑte oriētis.Scdm qd luna pl9 vel

minus proficit in lumie. sic plus vel mi
nus in suo fluxu se extendit vel retrahit
ipsum mare. vt dicit Mar. Macro. eti/
am in li. ciceronis. Occeanus in incre
mento lune retinet modum istum. Pri
mo eni die crescentis lune fit copiosior
solito. ⁊ abūdat in summo. Sed secūdo
minuitur ⁊ sic descendit vsq̄ ad. vij. diē
deinde iterum crescit per. vij. dies. itaq̄
in. xiiij. die est iterum plena in summo:
vnde ⁊ ī nouilunio semper est mare ple/
nissimum ⁊ etiam in plenilunio. Itē lu/
na est roris in aere generatiua. vim enī
sue humiditatis aeri imprimit ⁊ aerem
insensibiliter īmutans in ipsius superfi
cie rorem gignit. Manifeste enim vide
mus quia quāto est luna estiuali tempo
re serenior tanto abūdantius ros super
gramina se ostendit. Item luna est int̄
planetas breuissimo tempore sui cursus
cōpletiua. breuissimū enī habet circulū.
⁊ ideo infra spacium. xxviij. dierum per
omnia signa zodiaci euagatur. vt dicit
ptho. Sub luna est cancer ⁊ cancer ē do/
mus eius. regnat in cancro. sed in libra
discessus regni est. ⁊ est planeta frigid⁹
et humidus cum excessu femineus. no/
cturnus. moratur aūt in quolibet signo
duobus diebus ⁊. vi. horis ⁊ bysse. et in
xxviij. diebꝫ cōplet cursum suum. Item
luna inter omnes stellas erraticas ē ma
gis in incerto ⁊ in vago motu siue cur/
su ꝓcessiua. Nam propter breuitatē sui
cursus. nūc sub sole. nūc supra. nūc ante:
nūc retro euagatur. Et cū sol circuit per
circulos australes inferiores luna per/
agit circulos boreales sup̄iores. Nunc
luna supina ē velut nauicula sursum ha
bens cornua versus terrā inclinata. quā/
do vero decrescit est erecta. vt di. Beda.
Item quādo luna recto diametro inter
nos ⁊ solē est interposita. solet eē eclips.
id est defectus solis causatiua. Ista aūt
defectio nūq̄ potest accidere scd̄m natu
ram nisi in ꝯiunctōne solis ⁊ lune quan
do de nouo accenditur. ⁊ ipa ꝯiunctio in
linea ecliptica celebratur. Hoc semꝑ ē
quādo sol est in capite draconis. ⁊ luna
in cauda vel ecōuerso. Vn̄ albu. in li. de
motibꝫ planetarum. Si luna int̄ nos ⁊ so/
lem obuiat. defectū radiorum solis nobis
facit in capite vel in cauda draconis. q̄d
autem sit cauda draconis. quid caput
post dicetur. Item luna ꝑ interpositionē
tumoris terre inter se ⁊ solem. defectus
sui lumis ē passiua. vnde mar. ī li. astro.
sic dicit. Luna ascendens vel descendēs
in solarem lineā incidit si fuerit tricesi/
ma. Quādo ex toto soli est subiecta ob/
scuritatē solis terra facit. sed istum defe
ctum nō singulis mensibꝫ facit. quia nō
semper in eadē linea que inter solē ⁊ ter
ram dyametraliter est opposita solari cor
pori se opponit. Idē vero defectus fit lu/
ne. cum luna soli fit totaliter opposita. s.
quādo est. xv. Si enī directe fuerit tunc
sol sub terra emittit. sol vmbram tumo
ris terre in lineā sibi oppositā quā si cor
pus lune intrauerit. ꝓpter vmbrā terre
interpositā inter se ⁊ solem a suo lumine
tunc priuatur. Quia ergo singulis men
sibus luna plena nō fit in linea eclipti/
ca que est vmbre interpositio. ideo singu
lis mensibꝫ luna suo lumie nō priuatur
Item luna est q̄n̄q̄ cuiusdā obscuritat(is)
⁊ obnubilatōnis in se ꝯtentiua ⁊ hoc ex
proprij qualitate corꝑis que naturalit̄ ē
obscura cū lumen ex se nō habeat sed a
sole. vel vt dicūt aliqui illa obscuritas ē
ex vmbra terre. ex qua quedam linea re
sultat in corꝑe lūari que ipsi⁹ lumē in ꝑ
te obfuscat. ⁊ hoc fit maxime q̄n̄ ad ter/
ram appropinquat. ex cui⁹ vicinitate et
nebulositate cōtrahit quasdā sordes. vt
dicit mar⁹ Quādo vero ad altiores ascen
dit circulos clara ⁊ mūda ⁊ nullis ma/
culis obnoxia tunc videt̄. vt di. idē mar.
Item luna est mutatōnis tp̄m significa
tiua. Nam vt di. Beda. Si luna in pri
cipio rubeat vt aurū ventos ondit. si in
summo ei⁹ corniculo maculis q̄busdam
nigrescit. pluuiosū mēsis exordiū p̄ten
dit. Si vero nigrescit in medio. plenilu/
niū serenū p̄tendit. cū vero in nocturna
nauigatione scintillat ad remos in bre/
ui tempestas futura erit vt dicit idē be/
da. Itē luna ī celesti armonia ē grauissi
mi soni emissiua. vt di. macro. In circu
lo ei⁹ lūe fit grauis son⁹ sic in spera celesti
acut⁹ est. ex ordinatissimo ei⁹ sono ex stri

roꝛe motus oꝛbiūꝫ generato dulciſſimꝰ
vt dicitur fit ꝯcentus. Itē luna eſt fecū
ditatis terre ſemibꝫ miniſtratiua. p̄eſt
enī ſemibꝫ que ꝓficiūt ex roꝛe qui de coꝛ
poꝛe lune cadit. vt di. idem. Et ideo ſm
fabulas dr̄ ꝓſerpina. eo ꝙ ſeminū q̄ ꝓij
ciuntur in terra dr̄ eſſe dea a gentibus.
Sic etiā dr̄ diana. i. ſiluaꝝ dea ⁊ nemoꝝ
rum q2 feris de nocte paſcua querentibꝫ
in nemoꝛibꝫ ⁊ in ſiluis. lumis beneficiuꝫ
admiſtrat. Et ideo vocauerūt gentiles
lunā deā venatoꝝ quia venatio fit in ſil/
uis. ꝓpter qḋ dyanā cū arcu depingebāt
eo ꝙ venatoꝛes arcubꝫ vtebātur. Item
luna cū ſit frigida ⁊ humida eſt ex vicini
tate ſolaris circuli caloꝛis receptiua. nā
ex caloꝛe ſolis ⁊ ſiccitate tꝑatur frigidi/
tatis ⁊ humiditatis ſue exceſſus. ne ſin/
gulis menſibꝫ in ſuo deſcenſu ad terram
hyems generetur. vt di. macro. Item lu
na vt di. albu. Eſt aeris mundificatiua
motu enī ſuo cōtinuo aerem rarificat ⁊
ſubtiliat vnde ſi nō eſſet motus ſpere lu
ne aerem ex nocturna vapoꝝ exalatione
groſſicies inficeret que coꝛruptionē nō
modicā generaret. Itē luna ſm aſtrolo
gos inter planetas eſt ſuꝑ diſpoſitione
humani coꝛꝑis maxime ꝑtātiua. Nā vt
di. ptho. in li. de iudicijs aſtroꝝ. ſub luna
cōtinet̄ egritudo. amiſſio timoꝛ ⁊ dānuꝫ
⁊c. Unde circa mutationē humani coꝛpo
ris v̓tus lunaris potiſſime opat̄. Et hoc
accidit. tū ꝓpter motus ſui velocitatē. tū
ꝓpter ipſius ad nos vicinitatē. tuꝫ ꝓpter
occultā ſibi naturaliter inſitā ꝑtātem.
Unde de moꝛboꝝ mutatione medicꝰ ꝑfe
cte nō diſcernit qui lunares effectus in
coꝛꝑibꝫ nō cognouit. vn̄ ypo. in ꝑncipio
ꝓnoſticās de luna loquēs ait. Eſt qḋdaꝫ
celeſte ſidus in quo oꝑtet medicū ꝓuide
re. cuiꝰ ꝓuidētia eſt mirabilis ⁊ ſtupēda
Et gal. in cōmēto de diebꝫ creticis dicit
rem certā que nō fallit attendat medicꝰ
quā docuerūt aſtrologi egiptioꝝ. q2 ꝑ cō
iūctionē coꝛꝑis lunaris cū ſtellis foꝛtu
natis fiūt egritudines termiales ad bo/
num. cū ꝯtrarijs v̓o ꝯtrarie. ſ. ad malū.
Et ideo cautꝰ ⁊ ꝑfectꝰ medicꝰ ſm doctri/
nā ypo. aſpicere debet primā lunā. ⁊ qn̄ ē
plena lumis. q2 tūc creſcūt humoꝛes in
boibꝫ ⁊ medulle et fit nutrimētū in mari
et in oībꝫ rebꝫ mūdanis. Qn̄ ergo infir
mꝰ in lectū cadit multū neceſſe ē videre
vtꝝ luna tūc exeat de ꝯiunctiōe. tunc enī
creſcit infirmitas. quouſqꝫ veniat in op
poſitionis gradū. ſ. in plenilunio ⁊ tūc ſi
fuerit cū malo planeta aut ī malo ſigno
⁊ aſpexerit domū martis q̄ eſt octauū ſi
gnū. i. ſi aſpexerit martē qui dr̄ domꝰ ſigni
ſcoꝛpionis. tūc de moꝛte timendū ē. Si
vero fuerit cū bono planeta et in bona do
mo ſiue ſigno ⁊ aſpexerit dn̄m domꝰ vite
ſcꝫ martē qui eſt domꝰ arietis. ſiue primi
ſigni de vita tunc ſperandum eſt. et ſic de
alijs videndū eſt vt patet in li. ypo. quē
dicitur compoſuiſſe de iudicijs infirmi/
tatis ſm lunam.

# Capitulum. XXX

De quibuſdā ꝓprietatibꝫ lune malis.

Habet autem luna quaſdam pro
prietates minus laudabiles tā
ſm ſubſtantiā q̄ꝫ ſm effectū. ha
bet enī ſubſtantialē obſcuritatē cum nō
habeat ſicut alij planete lumen a ſeipā.
habet etiam maximā inſtabilitatē. quia
nullū ſidus ita vagatur per omnes ꝑtes
zodiaci ſicut luna. Contrahit etiā a ma
liuolis ſtellis ⁊ nociuis nocibilitatem.
Nam vt dicit ptho. Luna eſt planeta cū
malis maliuolus. Luna inſuper per ſuā
oppoſitionem inter nos ⁊ ſolem auferta
nobis ſolaris luminis claritateꝫ. Luna
etiam quādo incidit in vmbꝛam terre ꝑ
dit lumen ſuū ⁊ ſuam prodit defoꝛmita
tem ⁊ defectibilitatē. Preterea propter
vicinitatē quaꝫ habet cum craſſo aere et
terra ab vmbꝛa terre. vel ab infecto ae/
re contrahit maculam ⁊ defoꝛmitatem.
vt dicit marc. Luna etiam quāto plus
recedit a ſole tanto plus recipit a lumi
ne verſus terrā. ⁊ minoꝛem verſus celum
obtinet claritatem. Et quāto plus pro
ficit verſus terrā tanto plus decreſcit et
deficit in lumine verſus celum. Dupli/
plicem etiam habet effectū malum. Nā
vt dicit ptho. Luna efficit hominē inſta
bilem ⁊ mutabilē de loco ad locū diſcur
rentem. Efficit enī hominē in oculis ma
le diſpoſitum ⁊ inoꝛdinatū. Efficit etiaꝫ

in homine vnū oculū altero maiorē. aut
facit ſtrabonē aut orbū in vno oculorū.
Et ſubdit. Homo in cuiꝰ cōplexione lu⸗
naris ꝯſtellatio dñium habuit. vicio in
oculo nō carebit. Et hoc forſan accidit ꝓ
pter acceſſuꝫ lunaris humiditatis hūo⸗
res oculoꝝ ad aliquā prauā qualitatem
diſponētis. Dicit̄ etiā in li. miſalach. c.
v. Eclipſ lune marie in hyeme. ſi fuerit
in ſignis frigidis exceſſuꝫ ſignificat fri⸗
giditatis ⁊ nimie ꝯſtrictōis in t̄ra ı̄ ae⸗
re ⁊ in aq̄s. Si fuerit ı̄ ſignis aquaticis
ꝑſagit abūdantiā pluuiaꝝ. Si vo in ſi⸗
gnis aereis. periculū tēpeſtatū p̄tēdit ⁊
ventoꝝ ruinā. Dicit ptho. ⁊ albu. ꝙ luna
exñs in. ij. ſigno poſt aſcēdens merorem
deſignat. triſticiā ⁊ ablatōeꝫ ſubſtātie ꝑ
fures ⁊ p̄dones. Silr in. iiij. in. vi. et in
viij. irā anxietatē. fugā ⁊ mutabilitatem
In. x. ſigt ꝙ q̄ tunc incepit regnare cito
deponetur. In. xij. aūt impedimētū rixaꝫ
duriciā ⁊ carcerē ex p̄te amicoꝝ. In om
nibꝫ aūt alijs domibꝫ ſiue ſignis bonū ef
ficit et p̄tendit. marie ſi planetis bonis
fuerit ſociata. ſc̄m variā etatē lune mo⸗
uent̄ mēſtruales hūores ı̄ mulieribꝫ ⁊ ce
rebella in aīalibꝫ ⁊ diuerſe paſſiones vi
lunari ı̄ corp̄ibꝫ excitant̄ vtꝫ ı̄ lunaticis
⁊ caducis. Hec de ꝓprietatibꝫ lune ⁊ alio
rum planetaꝝ dicta iam ſufficiant.

## Capitulū. XXXI.

De capite et cauda draconis

Sunt aūt due ſtelle q̄ nō ſunt pla
nete. ſed tñ naturā ⁊ effectū vidē
tur hr̄e planetaꝝ. ſ. caput draco
nis ⁊ cauda q̄ mouent̄ cū firmamento ⁊
ꝯſequūtur curſuꝫ firmamēti. vñ a leone
trāſeūt in cācrū ⁊ a cācro in gemios. ⁊ ſic
deinceps. morat̄ aūt in quolibet ſigno ca
put draconis. xviij. mēſibꝫ āno. ſ. ⁊ dimi
dio ſilr ⁊ cauda ⁊ in. xviij. ānis ꝯplet cur
ſum ſuū. ⁊ ſi caput ē in aliquo ſigno ſp̄ ı̄
ſigno oppoſito erit cauda ⁊ vēter in. iiij.
vt ſi caput ē in cācro venter erit in arie⸗
te ⁊ cauda in capcorno. ⁊ ſi caput fuerit ı̄
leone. venter erit in tauro. ⁊ cauda in aq̄
rio. ⁊ ſic de alijs. ⁊ ideo ꝓpter aſpectū oppo
ſitū cauda ē totaliter venenoſa. habet aūt
caput exaltatōeꝫ ſuā in tribꝫ gradibꝫ ge
minoꝝ. Caſuꝫ vo ı̄ ſagittario gradibꝫ toti
dem. Econuerſo aūt cauda habet exalta⸗
tionē ſuā in tribꝫ gradibꝫ ſagittarij ⁊ ca
put cadit ı̄ tribꝫ gradibꝫ gemioꝝ. Eſt aūt
hic aduertēdū ꝙ qñ luna ꝯiūgit̄ ſoli. ca
pite vel cauda exñti ꝓpe gradū ꝯiūctōnis
a. xij. gradibꝫ vel infra. ſp̄ ē eclipſis futu
ra maioꝛ vel mioꝛ. ſc̄m ꝙ caput vel cauda
magis vel minꝰ accedit ad gradū ꝯiūctio
nis ⁊ h̄ potiſſime hꝫ locū ı̄ eclipſi ſol̄. Eo
dem mō de eclipſi lune hic tenēdū eſt. qꝛ
ſi luna ꝯuenerit cū cauda ı̄ aliquo ſigno
⁊ ſol fuerit ı̄ capite in ſigno oppoſito erit
eclipſis lune ⁊ ecōuerſo ſi ſol fuerit ı̄ ali⸗
quo ſigno cū cauda ⁊ luna ı̄ ſigno oppoſi⸗
to cū capite. erit iterꝝ eclipſis lune. Et ſi
in eodē gradu ꝯuenerit. erit eclipſis ge⸗
neralis. vñ ſp̄ optet ꝙ ꝯueniat ı̄ capite
vel ı̄ cauda in eodē gradu ſiue ꝓpe. xij. gra
dibꝫ vel infra ſi debet eē eclipſis. vñ ꝯiun
ctio debet fieri ſolis ⁊ lune quo ad idē ſi⸗
gnū eundē gradū. idē minutū ⁊ idē ſc̄ðꝫ
In oppoſitōne vo ꝯtrū ſignū ſp̄ erit ſc̄m
eūdē gradū ideꝫ minutū. ⁊ idē ſc̄ðm. Ex
hoc apparet ꝙ q̄uis luna iūgat̄ ſingulis
mēſibꝫ ſoli ⁊ accēdat̄ non tñ ſp̄ eclipſim
facit. qꝛ nō ſp̄ in linea ecliptica ſe cōtin⸗
gūt. qꝛ nō ſp̄ accēdit̄ luna in cōiunctōne
in eodē gradu. nec etiā ſp̄ caput vel cau
da in cōiunctōe vel oppoſitione ſolis ⁊ lu
ne ſe contingunt.

## Capitulū. XXXII

De cometa

Cometa ē ſtella q̄dā flāmiſ circū
ita. vt di. be. Cōeta naſcēs regnı̄
ꝑmutatōeꝫ aut peſtilētiā aut bella vel vē
tos ſiue eſtꝰ ſignat ⁊ p̄tendit. Comatice
ſtelle aliqñ vident̄ moueri motu plane⸗
tarū. aliqñ ꝑmanēt imobiles ſicut fixe.
Semp̄ aūt apparēt vt di. beda in parte
determiata in celo. Nō eni vagant̄ ꝑ di⸗
uerſas p̄tes zodiaci ſicut planete. ſed vi
dent̄ eſſe in circulo lacteo ſiue galaxia et
ſpargūt radios v̄ſus ſeptētrionē. nunq̄
verſus occidētē. vñ in p̄te occidētali non
vident̄. breui ſpacio ſolent app̄ere. ſ. per
octo dies. Aliqñ viſa eſt. lxx. diebus. ſi
cut dicit Beda. Ex quibuſcūq̄ aūt ſtell̄
naſcitur cometa. ſiue ex planetis ſiue ex

fixis.ſemp in firmamēto apparet in pte
ſeptētrionali.vt di.idē. Ex quo patet ꝙ
ſtella que apparuit in ortu xpi nō fuit co
meta.qꝛ mouebatur ab oriente ad meri
diem verſus occaſum. Et hoc nō ſolet fa
cere motus comete.vt di.Lib.

# Capitu.XXXIII.

De ſtellis fixis

Stelle a ſtādo ſunt dicte. Quā/
uis enī ſp moueātur.tñ ſp ſtare
videātur.vt di.Iſi. Dicuntur ꝛ ſidera a
cōſiderādo dicta.eo ꝙ in eis mathema/
ticoꝝ ꝯſideratōe multa iudicanť ꝛ ꝓuidē
tur. Dicūtur etiā aſtra ab auſtros l'ana
ſtros nūcupata eo ꝙ ſm opionē aliquo
rū ſtellarū corpa i ſpera firmamēti ſicut
claui in rote circūferētia ſunt ꝯfixa. Et
hoc quidē verū eſt quo ad aliqua ꝛ maxie
quo ad maiora. vt di.Iſid. ſm alphra.
Stella ē lux aggregata i ſuo orbe. vnde
ſm ꝙ ē maior aggregatio lumis ſtella/
ris corpis tāto eſt maioris quātitatis.
pulcrioris claritatis.ꝛ amplioris ptātis
ꝛ ỽtutis. Vocāť aūt ab eodē ſtelle ſiue ſi
dera lucis vehicl'a.eo ꝙ ſunt lumioſa cor
pora lumis ſolatiū ꝯtra nocturnas tene
bras mortalibꝫ deferētia mundi ſupficiē
decorātia.ſolis lucē a quo recipiūt lumē
prout pñt ſupplētia.emiſſione radiorū
cōtinua aerē depurātia.quoꝝ virtute au
fertur a mūdo inferiori peſtilentia ꝛ cor
ruptela. Stellarū etiā virtute cōcilian
tur ꝛ ad ꝯcordiā reuocāť ſibiinuicē ꝯtria
elemēta. Eaꝝ ſempiterno fulgore illu/
ſtrāt oīa ſuo calore ſaluāt ꝛ refouēt vni/
uerſa. Nā ſm platonicos.vt di. Beda.
ſtelle ignee ſunt nature. Celū ei cū ſuo
ornatu ēē natura igneū multi antiq po/
ſuerūt. Areſto.aūt ꝛ alij pħi ponūt celū
eſſe elementū quintū.natura ꝛ ꝓprieta/
te ab elemētis quatuor diſcretū. dicūt
ſtellas nō ēē frigidas nec calidas ſubſtā
tialiter ſeu ſubſtātiue ſicut nec ipm ce/
lū.ſed tātūmō ſunt calide effectiue.mo
tu ei ſuo ꝯtinuo ꝛ ſempiťno inflamāt il
lud ſup qḋ mouēť.ꝛ ſic i iſtis inferioribꝫ
hñt inducere calorē vel algorē. Radioꝝ
ỽo mobilitate ꝛ ꝯfractōe i ſupficie ob/
iecti corpis hñt inducere vim caloris.

Sed vñ ſint ſtelle certū ē.ꝙ ſunt ſm na/
turā puriſſime ꝛ ſimplicis nature ac in/
corrupte.quo ad formā etiā ſunt lucidiſ
ſime.ꝛ quo ad figuram. ſperice ꝛ rotūde.
quo ad ſubſtātiā ſolide ñ poroſe. quo ad
ſupficiē plane nullatenꝰ aſpe vel angulo
ſe.quo ad ſitū altiſſime. quo ad motū ve
lociſſime.quo ad quātitatē ſunt maxie.
Quis ꝓpť ſitꝰ diſtātiā videātur eſſe pue
quo ad numeroſitatē inumere illi ei ſoli
q ſtellas nūerat ſunt finite,quo ad ptā/
tē ꝛ effectū ſtelle ſūt magis int corpa ỽ/
tuoſe. Nā ſtelle ſūt inferioꝝ generatiue
imutatiue ꝯſeruatiue. radioꝝ ſuoꝝ emiſ
ſiue.tenebraꝝ noctis illumiatiue.ſui cur
ſus i ſuis orbibꝫ vniformiť ꝯpletiue.in
ſolis pñtia a quo recipiūt lumē ſui ſunt
occultatiue.i ſuo ortu ꝛ occaſu ſūt aeris
multiplicif imutatiue,qꝛ nūc tēpeſtates
ꝯcitāt,nūc ſerenitates generant ꝛ pcu/
rant.vt di.beda coloris variatōne ꝛ ra/
dioꝝ ſcintillatōe,nūc triſtiū.nūc letoꝝ
euētuū ſm mathematicos ſunt pnūcia/
tiue. Sūt etiā nauigātibꝫ pſpere. ꝛ ipa
rū viarū in medio maris directiue. vbi
ſtelle ad inuicē vicinꝰ ſunt ꝯiuncte.ma/
ioris lumis et pulcrioris ſunt expſſiue:
vt patet in pliadibꝫ ꝛ ſideribus galaxie
Quāuis etiā tātā oñdāt pulcritudinē
ex quadā vicinitate. qꝛ piter ſunt coniū
cte.lucidiores tñ in cōi apparēt ſingule,
cōſiderate tñ p ſe nō apparēt ſingulariť
ita pulcre.ꝛ huiꝰ rō eſt vt di.mar.qꝛ ex/
cedens fulgor vniꝰ p quādā refulgentiā
alterius inſufficientiā ex ſe repat.vñ qḋ
vni deeſt ex quadā defectibilitate alia
ſupplet que magis excellit in claritate.
Itē ſtelle ꝓpter ſitus ſui diſtātiā ſūt ho/
minibꝫ diſpariť ſue magnitudinis oñſi
ue. Nam vt di.albu.quāto ſunt cenith
capitis noſtri magis vicine. tāto ſp vi/
deñť ēē minoris quātitatis ꝛ offeruntur no
ſtris aſpectibꝫ minꝰ pue. Et e cōuerſo qñ
to plus elongātur i ſuo ortu nr̄o habita
bili ſeu i occaſu tāto nr̄is oculis videnť
generaliť eſſe magis magne.ꝛ etiā ma/
iores videātur eſſe in quātitate in occa/
ſu qȝ in ortu.vt di.beda.tūc aliqḋ dicitur
eſſe ſup cenith capitis nr̄i.qñ directe vi
deť eſſe ſup caput nr̄m. Cenith ei dire/

cta poſitio ſuꝑ caput. Cuiꝰ forte rõ eſt vt
di. idẽ q2 vapores de terra aſcendẽtes re
ctitudinẽ radioꝝ ad oculos venire perfe-
cte nõ ꝑmittũt. Et ideo oculꝰ decipit in
huiꝰ aſpectu. q2 qḋ circũfuſuꝫ ẽ in aere. a
ſolari radio eſtimat oculꝰ ꝯſplendere i ſe
ipſo. Sed ſicut di. alga. talis viſus deci-
pitur ſicut qñ fulgoꝛ cãdele a ſano ocu-
lo ſine obſtaculo ꝯſpicit. ſed a lippiente
oculo ſine arcꝰ celeſtis imagine nõ vide
tur et putat deceptꝰ oculꝰ oĩno videre in
alio. ſ. in lumĩe viſo. qḋ tñ in altero ñ ẽ
ſed in ſeipſo potiꝰ. Idẽ di. Auic. in ca. de
obſcuritate viſus. q̄re ſupra ḋ viſu. Itẽ
ſunt ſtelle ſm mar. i ſuis circulis armo-
niace ꝓceſſiue. Oẽs enĩ tom muſici ꝯcẽ
tus inter ſidera iueniũtur. nec grauitas
inferioꝝ diſſonã reddit melodiã ſuꝑioꝝ
ſiue medioꝝ nec ecõuerſo ſuperioꝝ acui
tas deſtruit ſonũ grauioꝛẽ inferioꝝ ſicut
di. mar. Itẽ ſm areſt. in li. de ce. et mun.
Stelle ſunt ex materia coꝛꝑis celi i quo
poſite ſunt atq3 fixe. ⁊ ideo naturalit ſũt
ſplẽdide ſicut ⁊ celũ in quo reuoluũt. vñ
oẽs ſtelle hñt lumen ꝓꝓriũ ꝑter lunã. Et
q̄uis ſtelle ex ſe ſint lumĩoſe ad ꝯſũma
tionẽ tñ ſue lumĩoſitatis recipiũt cõple
mentũ ab ipſo ſole. Itẽ ſtelle ſunt ſue v-
tutis ⁊ lumĩoſitatis ſibi inuicẽ cõicati-
ue. vna enĩ auget claritatẽ alteriꝰ ⁊ boni
tas vniꝰ foꝛtificat bonitatem alteriꝰ ſicut
dicit in li. de ꝯiuctionib planetaꝝ. Itẽ
ſtelle ꝓꝓꝛijs circulis ⁊ ſedib ſunt ꝯtẽ. e. ⁊
ideo ſi circulꝰ vniꝰ interſecãdo aliqñ ſub
intret circulũ alteriꝰ ꝓp. er hoc ꝓꝓꝛias ſe-
des ſtelle nõ deſerũt. nec ſunt alijs ꝑ q̄s
tranſeũt impedimẽti vel iniurie inuicẽ
illatiue. Itẽ ſtelle q̄dã vt di. mar. celeriꝰ
oꝛte. celeriꝰ occidũt. quedã do tardiꝰ oꝛi-
te. citiꝰ occaſum petũt. quedã aũt pariter
oꝛiũtur. ⁊ tñ nõ ſimul occũbere dinoſcũ-
tur. Hec aũt varietas oꝛtus ⁊ occaſus ac
cidit ex diſpari altitudine circuloꝝ in q̄
bus oꝛiũtur vel ex eleuatõe ſiue deꝑſſio
ne climatũ in quib occũbere videntur.
Nam ſm variã eleuationẽ vel deꝑſſionẽ
coꝛpoꝛis celeſtis. varijs tempoꝛib vel oꝛi
untur vel occũbunt. Itẽ ſtelle ſunt tem-
poꝝ annoꝝ. ſ. ⁊ menſiũ ⁊ dierũ diſtincti-
ue ⁊ ꝑmutatiue. Nã ſicut dꝛ in li. de ꝓ-

ꝓꝛietatib elemẽtoꝝ ari. Permutatio tẽ
poꝛis nõ eſt niſi ꝓpter ꝑmutatõeꝫ ſtellaꝝ
in ſignis diuerſis ⁊ ſuꝑ climata ſeptẽ vt
ex ꝑmutatõe lune ſingulis. xxviij. dieb
aut ꝑmutatõe mercurij ⁊ veneris in om
nib decẽ menſib vel minꝰ illo. aut ex per
mutatione ſolis in quolibet anno. aut ex
ꝑmutatõe martis in. ij. annis. aut iouis
in. xij. aut ſaturni in. xxx. aut ex ꝯiunctõ
ne ⁊ ꝑmutatõe triplicitatis ad triplici-
tatem in. cc. ⁊. l. annis. aut ꝓpter ꝑmuta-
tionẽ ſtellarũ fixarũ oꝛbis. ꝑmutant ei
in. c. annis vno gradu quarũ accidit per-
mutatio magna. xxxvi. milib annis. Et
hic eſt annꝰ magnꝰ qḋ eſt vltimũ oĩm re-
rũ. huciuſq3 areſt. in eodẽ li. In libꝛo au
tem ciceronis di. Macro. Iſtiꝰ mũdani
anni finis eſt cuꝫ ſtelle oẽs oiaq3 ſidera
ac planete a certo loco. ad eundẽ remea
uerũt. Hoc aũt ⁊ phici volũt poſt annoꝝ
xv. milia. pacta contingere ⁊c. Quicq̄d
autẽ ſuꝑ hoc dixerũt phi. hoc certitudina-
liter tenendũ eſt ꝙ noſtrũ nõ eſt diffini
re qñ vltimꝰ finis erit. Hoc ei ſolus no
uit tempoꝝ conditoꝛ qui momenta ⁊ tẽ-
poꝛa continet in ſua ptãte.

## Capitulũ. XXIIII

De polo

Polus ſm bedã eſt ſtella paruiſ-
ſima a qua tota pars celi ſuꝑioꝛ
eſt dicta. Duplex aũt eſt polus ſc3 arthi
cus ſiue boꝛealis qui ſemꝑ nobis pollet
⁊ relucet. nobis aũt nunq3 occidit. quia
ſuper nos exiſtit. vnde polus a pollendo
eſt dictus. q2 cõtinue mũdo pollet. Sed
ſcḋus polus dicit antharticꝰ id ẽ auſtra-
lis. polo arthico oppoſitꝰ qui nobis ſꝑ eſt
inuiſibilis. Inter iſtos duos polos qua
ſi inter duos mũdi extremos vtices ſꝑ
voluitur firmamentũ. Hi duo poli nun
q3 mouent de ſuo loco. tñ circulariter cũ
ſpera vel circulo reuoluuntur ⁊ circũferun
tur. Axis aũt a polo ad polũ per medium
centri terre extendit circa quã totius fir
mamenti impetus rapitur ⁊ mouet. Hic
autem axis nõ eſt materialis. ſed potius
linea quedã intellectualis que a polo vſ
q3 ad poluꝫ recto dyametro ſicut linea a
puncto vſq3 ad punctũ eſſe tracta intel-

ligitur. circa quam tanq̄ circa mūdi me
diū ſempiternis raptib⁹ voluit᷑ firma/
mentū. Polus igit᷑ eſt ſtella quo ad ſitū
altiſſima quo ad motū velociſſima. quo
ad aſpectū noſtrum mīma. q̄uis ſit in ſe
valde magna. quo ad effectū vltima. qꝛ
per ipſius ſitū diſcernūtur ſitus ⁊ termi
ni alioꝝ ſiderū ⁊ celeſtiū circuloꝝ. vnde
hec ſtella ab aſtrologis potiſſime intue᷑.
Eſt ergo ſtella iſta breuiſſimi circuli de/
ſcriptiua ꝓpter nimiā elongationē ⁊ di/
ſtantiā a noſtro ſitu. eſt ſue magnitudi
nis occultatiua. ꝓpter ſitus ſui immobi/
litatē. eſt hoim ipſam aſpicientiū maxīe
certificatiua. Et ideo vocatur ſtella ma
ris qꝛ nauigantiū ⁊ ſciam nauigalē hn̄ti
um in mari eſt directiua. rōne ſui ſit⁹ me
dij totius celi eſt oſtēſiua per girū arctu
ri ſibi ꝓpinqui ab alijs ſtellis eſt diſtin/
cta a cui⁹ vicinitate polus arthicus ē vo
cata ſm̄ Bedam.

## Capitulū. XXXV.

De arcturo

Arcturus eſt ſignū a ſeptē ſtellis
ſitis in axe in ſe reuolutis cōſti/
tutū. vt di. Iſi. Parū ſeptem ſtellaꝝ cir
culis qꝛ in modū plauſtri vertitur. latini
eū ſeptētrionē vocauerūt. ſeptētriones
non occidere axis vicinitas facit. eo q̄
ſtelle iſte axi ⁊ polo ſtelle altiſſime ſūt vi
cine. Dicitur aūt idē circul⁹ arthophilax
eo q̄ erethō .i. ylicem vꝛſam ſeqtur. Eū
dem boethem antiqui dixerūt. eo q̄ plau
ſtro heret. qd̄ eſt ſignū ſpectabile multiſ
ſtellis. inter quas eſt arctur⁹ qui eſt pro
prie ſidus poſt caudā maioris vꝛſe poſi/
tum. vnde ab hac ſtella tota conſtellatio
illa arcturus eſt vocata. vt dicit Iſido.
Et merito arcturus ab artādo eſt dict⁹.
quia ex prima parte ſurgit frigus pro/
pter elongationē a calore ſolis. frigore
vero pori terre artantur ⁊ conſtringuntur.
Apparent aūt ſeptem ſtelle radioſe ⁊ ru
tilantis forme quarū quatuor anterio/
res in modū quadrāguli alternis lateri
bus ordinātur tres vero ſequētes in mo
dum ſemicirculi diſponūtur. locātur au
te ſub polo circa axē. vn̄ ſp̄ circueūt po/
lū tanq̄ centꝝ. vt di. gre. Semp̄ ſtelle
ille vertūtur circa axē ſicut vꝛſa circa ſti
pitē. Et ideo ille circul⁹ maior vꝛſa vo/
catur. vt di. macro. Semp̄ vertit᷑ ⁊ nun
q̄ ad ima demergit᷑ vt dicit grego. Nā
tres ſtellas eleuat quatuor ad ima decli
nat ⁊ ecōuerſo cū quatuor ſurſum erigit
tres ad ima deprimit ⁊ demergit. vt di.
gre. Inter oēs circulos ſuperiores circu
lus arcturi eſt altior qꝛ polo vicinior. ho
minū aſpectib⁹ maxime ſe offert. Nun/
q̄ eſt hora noctis quin videri poſſit. niſi
forſan eius aſpectus nubib⁹ vel nebulis
intercipiatur. Inter medias ſtellas ar/
ctos draco ad modū fulminis elabitur.
vt dicit Mar. hyemali tempore in ortu
ſuo maxime rutilat quadā ſcintillari ir/
radiatione fortē aque ⁊ terre cōgelatio
nem p̄nunciat. vt dicit Mar.

## Capitu. XXXVI.

De orione

Orion eſt aſtrū tp̄e hyemale ex/
ortū aquarū ⁊ tempeſtatū exci/
tatiuū. Eſt aūt orion nimboſus ventorū
⁊ tempeſtatū excitatiu⁹ ⁊ generatiu⁹. ⁊ eſt
ab ortu ⁊ inundatōe aquaꝝ orion dict⁹
eſt. vt di. Iſi. In ſuo aūt ortu tempeſta/
tes generat ⁊ aerē imutat. ⁊ ad modū ar
mati pedes ⁊ brachia extēdentis diſpo/
nitur. ⁊ fere p̄ latitudinē triū ſignoꝝ ei⁹
extēditur latitudo vt di. mar. Maxime
fulget in ſigno thauri vt dicit idem. Eſt
aūt ↄſtellatio maxīe notabilitatis ⁊ ra/
tione magnitudinis ac pulcritudis ⁊ eti
am rōne diſpoſitionis ⁊ v̄tutis. ab arie/
te eni vſq̄ ad geminos ſe extēdit vt di.
mar. Totā etiā illoꝝ trium ſignoꝝ ſupfi
ciē. fulgoris ſui pulcritudine clariorem
reddit vt dicit idē. gladiati militis ⁊ ac/
cincti ſpeciē in ſtellaꝝ ordine p̄tendit de
quo dicit mar. Armat⁹ etiā flagris ſplē/
debat in armis ⁊c. Splendor tn̄ orionis
vt di. idē. ſignū eſt future ſerenitatis ſi/
cut ecōuerſo eius obſcuritas future eſt
p̄ſagiū tempeſtatis. Sole exn̄te ī ſignis
orionis ⁊ tauro ⁊ in geminis, omnia ger
minant ⁊ oriuntur que nutrimentū reci/
piunt ex aquis ⁊ aere ⁊ ex terra vt dicit
idem. Ad ↄſtellatōeꝫ orionis ſequit᷑ qdā
ſtella q̄ dr̄ canicula q̄ ab aſtrologis ma/

liuola dr̃ ⁊ nociua. que ſm̃ fabulas eius canis fingit̃ fuiſſe vt di. idẽ. Non tñ eſt hec illa canicula nociua q̃ oritur in leone a qua dies caniculares a pl'bis nũcupãt̃ ſicut di. Hal'. Orion ergo in ortu ſuo pͥmo tempeſtatẽ ꝓnoſticat ſed poſt ſerenitatẽ ſolito operatur ad terre fecũditatem Sole exñte in thauro q̃ſi ſe abſcondit ſub radijs ſolis nec tunc ſuã manifeſtat inferioribꝫ claritatẽ. Oritur aũt iterũ in iulio qñ ſol aſcendit de geminis ad circulos ſupiores quãdo terra maximã patitur diſtemꝑantiã aeris quo ad calidam qualitatem ſm̃ Mar.

## Capitu. XXXVII.

De hyadibus

Hyades que ⁊ ſucculę dicũtur. ſũt quedã ſtelle pluuiales in quaꝝ ortu pluuie multiplicãtur vt di. Iſido. Nam tũc tp̃is vapores a mari ⁊ terra per caloris ſolaris violentiã fortius ad ſuperiora attrahũtur qui motu hyadũ in pluuias reſoluũt̃. ⁊ ideo iſte ſtelle dicũtur hyades. i. ſucculę. q2 attrahẽdo hũores vel reſoluẽdo eos traxiſſe a fabulis confingũtur aquas vt di. yginus. habẽt autẽ he ſtelle ſitum ſuũ in fronte thauri vt di. Mar. et cũ dies extenditur et ſol feruentior aſcenderit. tũc hyades ſolent pͥmo apparere vt di. grego. ſup iob. xx. Quãdo a ſaturno impelluntur diuerſas generant tempeſtates vt dicit beda. In hyadũ ortu fruges vberius creſcũt. quia tunc a pluuijs irrigantur. plures habet conſtellatio hyadũ ſtellas clariſſimas ꝑ girum ordinatas. que oriuntur in. xvi. gradu thauri. Oriuntur ⁊ turbant aerẽ in ortu ſuo ſm̃ albu.

## Capit. XXXVIII.

De pliadibus

Pliades ſunt ſeptem ſtelle a pluralitate dicte que ſibi ſunt vicine. ab inuicẽ tamen ſunt diſtincte vt dicit Grego. hyemali tp̃e oriuntur. Quãto autẽ aura ſerenior eſt ⁊ frigidior. tanto melius ab alijs diſcernũtur. vna vͦo inter ſepteꝫ latere videtur. q2 ex toto ſe nõ manifeſtat nec ex toto ſe occultat. inter genua thauri hñt ſitũ vt di. Iſi. Sol in mẽſe iunio ꝑ pliades iter facit. ⁊ tunc aeris caliditas pluuijs ⁊ nalibꝫ tp̃at̃. et terra tũc tp̃is floꝝ pulcritudine adornatur ſm̃ mar. Hac de cauſa dicitur iuno amaſſe maiã q̃ fingitur vna fuiſſe d̃ pliadibus ⁊ fuit mater mercurij ſm̃ figmentum poetaꝝ ſm̃ mar. ſm̃ Albu. aũt oriuntur pliades. in. xvi. gradu thauri cũ hyadibus ⁊ motu ſuo turbãt aerem.

## Capitu. XXXIX.

De canicula

Canicula eſt quedã ſtella feruentiſſima que oritur ſm̃ al. in. xxix. gradu cancri. in cuiꝰ ortu magna fit aeriſ ꝑturbatio. Ab hac ſtella dicuntur dies caniculares in quibꝫ ſanguinẽ minuere vel medicinã laxatiuã accipe eſt ſumme periculoſuꝫ ꝓpter exceſſuꝫ diſtemꝑantie aeris in calore. Vñ ypo. in amph̃. Ante canẽ ⁊ poſt canẽ ⁊ ſub cane moleſte ſunt farmacie. ibi dr̃ in ꝯmẽto q̃ ante eoꝝ ortum illiꝰ ſtelle ⁊ in ortu ⁊ poſt ortũ ſtatim periculoſuꝫ eſt dare potionẽ laxatiuã. q2 tũc eſt aer calidꝰ ⁊ ſiccus. ſ. a calido ſigno ⁊ a calida ſtella ⁊ a ſole. tũc in leone cum canicula exñte. vnde ex modica medicina corpus fieret nimis calidũ ⁊ ſiccũ et febris forſitan ſequeret̃. Medicina etiã euaporaret ⁊ minꝰ operaret̃ cũ corpis pori tũc ex calore aeris ſunt apti vt dic̃ ibidẽ gal'. Calor extraneꝰ vires extrahit medicine. vñ aqua calida repugnat ſolutioni ſi calor aeris tũc eſt fortis. ꝑterea virtꝰ interior tũc eſt debilis que ꝑ potõeꝫ vel minutõeꝫ plus debilitat. Durãt aũt dies caniculares a. xv. kal'. auguſti vſq3 ad nonas ſeptẽbris ⁊ ſic ſunt. l. ſicut ibi dr̃.

## Capitulum. XL

De luce ⁊ eius ꝓprietatibꝫ

Lux ſm̃ baſiliuꝫ eſt ſpecies ꝑ omnia ſibi ſilis. De luce aũt q̃d ſit ſm̃ rem vꝫ. ſ. ſit ſubſtãtia vel accidens diuerſimode loquũtur autores Nam areſto. di. lumen nõ eſſe corpꝰ. nec a corpe defluxũ. damaſ. etiã di. lumen ꝓpriã ypoſtaſim. i. ſubſtãtiã ñ hr̃e. ſm̃ aug. ſup gen. ad lr̃aꝫ. Lux ẽ ſubſtãtia corpea

ſumme ſimplex in genere corpoꝝ. ſūme
multiplex ī efficacia. ſūme mobilis ⁊ ab
ſolute penetratōis ⁊ mīme reſiſtētie. ⁊ ſū
me diſparia ⁊ ꝯ̄ria generās ⁊ ꝯciliās ſū/
me ꝯuertibilis. oīs naturalis motionis
principiū ⁊ origo. ſūme ꝑfectibilis. ſūme
iocūda. ſūme cōicabilis. vñ luce ī corpi/
bus nihil ē vtiliꝰ. nihil ꝯuenientiꝰ. nihil
pulcriꝰ. nihil velociꝰ. nihil ſubtiliꝰ. nihil
impaſſibiliꝰ. nihil virtuoſiꝰ inueniť. Eſt
aūt differētia inť lucē ⁊ lumē. Nā lumē
eſt qdā defluxꝰ a luce ſiue irradiatio de/
fluēs a ſubſtātia lucis. Lucē āt dicit ipaꝫ
fontalē ſubſtātiā ſup quā lumē innitiť.
Si eī lux ꝯſiderata ī ſe eēt accidēs neceſ
ſario ꝑ ſe alicui eēt accidēs. qꝛ accidens
ꝑ ſe cauſať a forma ſubiecti ſui. vñ ſi lux
in aere eēt accidens cauſareť lux vera a
forma aeris qḋ eē nō pōt. Preterea lux
mutat ſubiectū ſuū. Qḋ ptꝫ qꝛ lux ē na/
turaliť priꝰ in oriente. ꝯſeqnť ḋo in occi
dēte. ⁊ lux orietalis generat ꝓximā ſibi
⁊ ita deinceps vſqꝫ ad occidētē. Acciden
tia eī nō ꝑmutāt ſuuꝫ ſubiectū nec extra
illud agūt. ex quo vidś ꝙ lux nō ſit acci/
dēs. Preterea ſi eēt accidēs aeris neceſ
ſario moueref aer ſubito ab oriēte ī occi
dentē ſcḋm ſubitū motū lucis. ſic āt moue
ri ſubito ñ ꝯuenit aeri nec alicui elemē
to. Preterea luce nihil ē nobiliꝰ. accidēs
aūt eſt ignobiliꝰ ſubſtātia. Ex quo videť
ꝙ lux ñ ſit accidēs. cū aer lōge ſit ignobi
lior ipa luce. Sed ſi lux ē corpꝰ difficile ē
intelligere qlr lux ſit ī aere vł cū aliquo
corpe diaphano vt ī criſtallo. cū duo cor
pora ſił nō pñt eē ī eodē loco. Nō ē tñ in
cōueniēs nec impoſſibile ponere lucē eē
ſubſtātiā corpeaꝫ. ⁊ eſſe ſiť cū aliquo cor
pore. videmꝰ eī aquā ⁊ cinerē ꝑiter iūgi ⁊
miſceri ſalua vtriuſqꝫ corpeitate ⁊ loca/
litate vtriuſqꝫ ſupficie ab alio diſtinguē
te ⁊ vtriuſqꝫ ptes infra ꝓpriā ſupficiē cō
tinēte. Quātūcūqꝫ eī ſimul immiſceāť ci
nis ⁊ aq̄ ꝑmanet tñ aq̄ in ſua corporeita
te ꝑ ꝓpriū ſuaꝝ coherentiā ⁊ ꝯtinuitatē. ⁊
cinis ī ſua nec ꝓpť iſtā ꝯmixtōꝫ ⁊ vniōnē
ſimul ſūt duo corpa in vno loco imo aq̄
habet ſuū locū ꝓpriū ⁊ cinis ſuū. Sic lux
poteſt eē in aere vel ī quocūqꝫ alio corpe
ſalua vtriuſqꝫ corpoꝛeitate. ⁊ ſuarū ꝑtiū

ſubſtātialiū ꝯtinuitate. Vñ ⁊ lux ſubin/
trās ad interiora aeris vel criſtalli hꝫ ſu
um locū ipſiꝰ ſupficiē ambiētē ⁊ a ſubſtā
tia adiūcti ſibi corpis diſtiguētē. Quis
nō poſſit ꝓpť ſimplicitatē ſue ſubſtātie re
cte ꝑcipi vel videri ī re. imo qḋ mirabiliꝰ
eſt multe luces ꝑiter ꝯcurrētes impmi/
xte ⁊ tñ vnite ꝯiungunť. ſalua cuiuſlibet
ſubſtātiali forma q̄ ab alia differt. licet
nulla reſpectu alteriꝰ materialis ſit ł for
malis ſic manifeſte docet ⁊ di. dyoni. ī li.
de di. no. cuiꝰ hec ſūt ṽba. Lumia inqt lā
padaꝝ cū ſint ī domo vna tota inuicē to/
tis ſunt cōia. diligentē tñ hñt a ſe inui/
cem diſcretōeꝫ. vnita diſcretōe ⁊ vnita/
te diſcreta. videmꝰ eñi multis ad vnū lu
men accēſis lāpadibꝫ iuxta oīm lumia
vnā claritatē ⁊ indiſcrete relucentē. nec
poterit q̇s vt arbitror alicuiꝰ eoꝝ ab alijs
ex aere ꝯtinēte cetera dū ſimul ſunt ibi
ſeq̄ſtrare aut alterū ſine altero cernere.
totis incōfuſe inuicē ꝯtꝑatis. Subdu/
cta aūt vna ſimul ⁊ ꝓpriū lumen recedit
nihil ſecū ceteroꝝ luminū auferēs aut d
ſuo aliqd eis relinquēs. Erat eī oīm vt
dicta ē ꝑfecta vnitas naturaliť ꝑmixta
et nulla pte ꝯfuſa. q̄ ſi tāta eſt in hoc cor
porali aere ⁊ materiali lumie ⁊c̄. Hucuſ
qꝫ dyo. In quibꝫ ṽbis manifeſte docet
lumiaria ſimul vniri. ſalua tñ cuiuſlibet
ꝓprietate ſubſtātiali ⁊ accidētali q̄s defe
runt ſecū. ſiue accedēdo ſiue recedendo.
Lux itaqꝫ ſcḋm dyoni. ē ſubſtātia in ſe ſu/
ſtens a qua ꝓcedit irradiatio quedā ⁊ il
lumiatio corpoꝝ alioꝝ. ſemp eī lucet lux
in ſe. ⁊ tamē nō ſemp illumiat ſed ſolum
qñ inuenit corpꝰ habēs materiā diſpoſi/
tam ⁊ aptā ad illumiationē. vt di. augu.
Subſtātia eñi celoꝝ eſt vere lux q̄ in cor
poribꝫ obtinet primū locū. Et tamē celū
non illuminat in tenebris vel in nocte.
Semp ergo lux lucet inuiſibiliť ⁊ in te
nebris. ſed nō ſemp illumiat viſibiliter
vnde virtutē lucis ſentit oīs creatura.
Inuiſibiliter eñi opať virtus lucis ſen/
ſum et motū in animalibꝫ vt diciť in li.
fontis vite. Dicit etiā albu. in li. de iu/
dicijs aſtroꝝ ypocratē dixiſſe et docuiſſe.
ꝙ niſi ſtellarum lux de nocte ſubtiliaret
denſitatē aeris deſtrueret omne corpus

animatū.⁊ tamen certū eſt ſtellarū lucē
de nocte ſepius nō videri. Impreſſio eni
⁊ opatio lucis eſt manifeſta in mari. qꝛ
fluit ⁊ refluit p applicationē lune ad ali/
quē ſitum ſiue illumiet aerem ſiue non
In viſceribꝫ etiā terre vbi non attingit
lumē vtus lucis opatur. vt patet in mi
neralibꝫ ⁊ rebꝫ alijs ibidem generatis. ⁊
breuiter pñtia lucis eſt neceſſaria ī om
ni corpe mixto. p quā ꝯtraria in elemē/
tatis vniūtur. Lux itaqꝫ a ſūmo celo em
pireo vſqꝫ ad centrū mūdi eſt diffuſa. q̄
in ſua ſubſtātia ⁊ radice vna ē ⁊ ſimplex
variata tñ ſm diuerſitatē recipientiū
ſiue ſolis ſiue alioꝝ corpoꝝ ſuperioꝝ vel
inferioꝝ vbi eſt vna ſubſtātia. vtꝰ ⁊ opa
tio lucis licet nō lumioſitatis. Hec eſt
primogenita lux q̄ creata fuit die pmo
vt di. Baſilius. que corpi ſolari ⁊ ceteris
celeſtibꝫ quarto die factis ſupferē. vn/
de ſol ⁊ cetera ſidera ſunt primeui lumi/
nis vehicula que ꝓpter ſuſceptionē lucis
incorpalis ſufficiūt ſine ſue ſubſtātie de
pditione ad illumiationē ppetuā ⁊ phē/
nē. vnde iſta lux vbiqꝫ attingit. ⁊ omnia
corpora ſm magis ⁊ minus pficit ⁊ diſpo
nit. Lux igitur radix fundamētūqꝫ om/
nis illumiationis vna eſt in ſubſtantia
que nō ꝯtinetur accidētaliter ab aliquo
corpore inferiori. ſed magis cōtinet om/
nia corpora. reſpectu quoꝝ penitꝰ forma/
lis eſt. licet in ſe ſit materialis ⁊ ſitualis
et ideo lux cū ſit materialis habet poten
tialiter partē extra partē. Quia vo for
malis eſt. habet actu partē extra partes
quia qd̄ habet materia ī potētia. hoc ha/
bet forma in effectu. Ex quo manifeſtū
eſt. ꝙ cū lux in genere corpoꝝ minimum
habet de materia ⁊ maximū de forma vi/
acior eſt forme q̄ꝫ materie. Et ideo ra/
tione materie eſt in minimo. ſ. in pūcto
ratione vero forme eſt in omni loco. Nā
vnūquodqꝫ habet ita moueri ad locū ſi/
cut ad formā ſuā. vt dicit Ariſto. qꝛ for/
ma quāto eſt nobilior tanto materiam
ſuā plus extendit. vt dicit algazel. ꝓpter
quod forma lucis quia eſt nobiliſſima ī
genere formarū corporaliū maxime ma/
teriam ſuā diſtendit. Et ideo vnus pun
ctus lumis ſiue lucis ſufficeret ex ſe ad
illuminationē totius orbis. ꝓpter mate/
rie ſue nobilitatē ⁊ forme ſummā actua
litatem ſm alga. Una igitur eſt lux ſim
plex vt vniformis in ſua eſſentia q̄ꝫuis
diuerſa ſint luminaria que inter ſe ſunt
diſtincta. Quāuis videātur ī vno actu
vniformiter aggregata. nec lumen vnī
intrat ſubſtantiā alterꝰ q̄ꝫuis ſenſibilr
tanq̄ꝫ vnū lumē vniri videātur. Nō er/
go eſt incōueniēs ponere duo corpora ſi
mul eſſe quoꝝ vnū eſt ſubtile ⁊ formale
⁊ quaſi ꝯplemētū alterꝰ. reliquū aūt eſt
materiale ⁊ impfectū. Duo vero corpa
glorificata in eodē vbi eſſe nō pñt. quia
neutrū reſpectu alterꝰ materiale poteſt
eſſe in aliquo vel formale. Sed glorifi/
catū ⁊ non glorificatū ſimul eſſe poſſunt
ſine aliquo incōueniēti. ſicut expreſſe di
cit Augu. Lux etiā vt dicit ba. eſt maxi
me mobilis. inceſſanter eni mouet ſe et
gignit linealiter ⁊ circūferenter in om/
nem partē ſe mouendo et diffundendo.
vnde quantū eſt de ſe ſubito moueť Lux
eni ſumme eſt actiua ⁊ ſine reſiſtētia ad
intima cuiuſqꝫ rei penetratiua. diuerſo/
rum ⁊ diſparium generatiua ⁊ contrario
rum in elementis et corporibꝫ mixtis in
concordiā et vnitatē reductiua. Radio
rum ſuorū piectione. directione. inter
ſectione. confractione. ⁊ reflectione om
nium in eſſe pductiua in eſſe conſerua
tiua. vel ab eſſe diſſolutiua. vt dicit cal
cidius ſuper thimeū. vite ⁊ pmanentie
cuiuſlibet rei regitiua eſt lux ⁊ directiua
ſuipſius naturaliter multiplicatiua.
Lux eni multiplicat ſe gignēdo. Gignit
nanqꝫ lux lucem. et lux genita ſimul gi/
gnit et generat lucem ſibi ſuccedentem.
et fit in vno inſtanti vnus punctus. re
plens lumine totū orbem. Item lux eſt
ſui et aliorū manifeſtatiua. colorū p ſuī
incorporationē in ſupficie humidi perſpi
cui effectiua. ſicut dicit Augu. Lux tene
bras expellit. merores diſſoluit. inſidias
prodit. ſecuritatē parit. omnem ſpem le
tam iocundāqꝫ inducit. rebus omnibus
formā ⁊ decorem tribuit ⁊ inducit. quia
ſine luce omnia corpora occulta rema/
nent et ignota. Aufer inquit damaſ. lu/
cē ⁊ omnia in tenebris incognita rema/

nebunt. Lux igitur ſm Ambro. ⁊ etiam ſm Baſi. ē pulcritudo oīs viſibilis creature. cuiꝰ gratia maxima eſt in aſpectu. que cetera mundi mēbra laudibꝫ efficit digna. Hec vt dicit baſilius. id ē eſt angeloꝝ ⁊ ſanctoꝝ ſupra celum quietiſſima habitatio. Hec ſumme trinitatis ꝑ exemplū eſt demōſtratio manifeſta. Hec lux ſine diminutōe ſui eſt luminoſitatiſ manifeſtatiua ⁊ diffuſiua. que in ſuperficie vmbroſi corꝑis recepta. nō ſe ꝓfundat quantū ad viſibilē ſpeciē. ſed quo ad virtutē. vt dicit Iſi. Multas alias proprietates laude dignas habꝫ lux quo ad ſuā ſubſtantiā virtutē ⁊ opationeꝫ. cuiꝰ ſubſtantia nihil inuenit purius. Unde tranſiens ꝑ ſordes nō ſordeſcit. cuiꝰ virtute nihil eſt actiualiꝰ. cuiꝰ opatione nihil vtilius in corꝑibꝫ reꝑitur.

## Capitulum. XLI.

De ſplendore

Splendor eſt qdam defluxꝰ exiēs a ſubſtātia lucis. Egreditur aūt a luce ſine alterius nature cōmixtione. luci a quo exit eſt coeuꝰ in duratione. vt dicit Augu. Quācito eſt ignis tamcito eſt ſplendor. vnde ſi ignis eſſet eternus. ſplendor eſſet eternus. Exit etiā ſplendor a luce ſine lucis diminutōe ſine puritatis lucis cōtamine ſine diſcōtinuatione cū ſui ⁊ alioꝝ manifeſtatōe cū ſui multiplicatione. vt dicit Baſi.

## Capitulum. XLII

De lumine

Lumen differt a luce ſicut ſpecies a genere. Omne eñi lumen lux eſt. ſed non econuerſo omnis lux eſt lumen. Nam lumē eſt defluxus quidam a ſubſtantia lucis in aere vel in alio diaphano corpore receptus ⁊ vndiqꝫ circūfuſus. Triplex aūt eſt lumen vt dicit autor perſpectiue. ſcꝫ reflexum. fractum. et directum. Reflexū ſicut a ſpeculo ⁊ alijs politis corporibꝫ que reijciunt lumē a ſe receptum. Aliud eſt lumen fractū ſicut quādo lumen venit ad corpus. aliquātulum denſum qḋ non eſt omnino denſum vel durum recipit lumen in ſe. ſed propter materiā omnino inobedientem. lumen illud non tenet rectū inceſſum. ſed diuertitur ab inceſſu recto ⁊ vocatur fractio radij. Tertium lumē eſt directum quod nō repellitur neqꝫ inuenit materiam aliquo modo inobedientem ⁊ tranſit libere ⁊ facit operationes perfectas. Illud lumen eſt aeris ⁊ aliorum corporum tranſparentiū ꝑfectiuū decoratiuū. formarum ⁊ figuratū declaratiuū. oculoꝝ letificatiuū. oculis lippis et infirmis eſt lumen odioſum ⁊ moleſtie illatiuū. hominum a ſomno ⁊ torpore ⁊ ocio excitatiuum. formarū ⁊ ſpecierū in ſuꝑficie ſpeculi vel politi corporis impreſſiuū. Nam lumen ad ſuꝑficiem polite materie pertingens in angulis equalibꝫ ſe reflectit et omniū ſubiectoꝝ formas ibi impmit vnde qḋ extra eſt per ſubſtantiā in ſuꝑficie ſpeculi collocat per imaginē vel figuram. lumen etiā eſt ſm diſpoſitionē materie quā ſubintrat immutationis ſuſceptiuū. Nam eius claritas intēditur in materia ꝑſpicua atqꝫ pura ⁊ remittitur in feculenta materia ⁊ obſcura. In materia eñi diaphana obſtaculū non inuenit. ideo per eam eradians proprios fulgores exprimit ⁊ oſtendit. vt dicit Dio. et quāto ꝑfectius illi infunditur. tanto latius ex ea refuſa ad alia deriuatur. Accedens autē ad groſſiorem naturā illius habet obſcurioris diſtributiuā apertionem. Sicut eñi cū materie craſſe infunditur capitur impfecte. ita cū ſe effundit extrinſecus apparet obſcure. Unde materie craſſicies impedit ꝙ illuminatio recepta diſtribuatur. In purioribꝫ igitur ſubſtantijs perfectius apparet et augmentatur. in groſſioribꝫ minoratur. Ex quo patet ꝙ a puriſſimis ⁊ ſubtiliſſimis materijs lumen perfecte comprehenditur. a compactis vero ⁊ obtuſis repulſam pati inuenitur.

## Capitulū. XLIII.

De radio

Radius eſt quidam luminoſus a corpore lucido defluxus quo mediante lux vel lumē ſuā ꝑficit actionem. vt di. Baſi. Radiꝰ aūt alius eſt ꝑpendi

cularis ꝛ erectus qui a corꝑe lucido ſi/
ue luminoſo emiſſus recto ꝛ lineari mo
tu ſine diſcretione aliqua petit centrū.
Alius eſt collateralis et ꝯfractus qui a
corꝑe luminoſo exiens ꝛ aliqđ diapha/
nū inueniēs non recte ꝓcedit ſed obliq̄t
motū ſuū ꝛ iſta obliquatio vocatur radij
cōfractio. Ali⁹ vero eſt refle⁹ qui quidē
a ſuo principio recte vel oblique ꝓgre/
ditur. ſed a corꝑe obiecto repellit̄ ꝛ reper
cutitur. ꝛ talis repcuſſio vel repulſa ra/
dij flectio nūcupat̄. vt dicit auctoꝛ ꝑſpe
ctiue. Radius itaqꝫ lumīoſus eſt mobil̄
et agilis ꝑſpicu⁹ ꝛ oꝛbicularis de ſe rect⁹.
maxime ſi fuerit ꝑpendicularis. Cōtin
git aūt radiū frangi ꝛ obliquari et q̄nqꝫ
ad partē oppoſitā ꝓijci ſm̄ diſpoſitionē
materie quā inuenit vel quā tāgit. Hic
radius in nube ꝯcaua ꝛ humida interdu
ſus. diuerſas opat̄ in nube vel in aere foꝛ
mas coloꝛes ꝛ figuras. vt patet in colo
rib⁹ arcus celeſtis qui nihil aliud eſt vel
eſſe dicit̄ q̄ʒ ſubintratio radioꝝ in nubē
concauā ꝛ aquoſam. vt dicit̄ in li. metħ.
Et ſubito ſemꝑ motu radioꝝ ꝛ cōtinuo
ꝯtingit aerem circūfuſum igniri ꝛ inflā
mari maxime cū cōcurrerint in loco fra
ctionis. Naʒ radij ibi coaduneti mutuo
ꝯcalcant̄. Et ita ſunt cauſa quare aer cir
cūfuſus ſepius inflāmat̄. vt patet in cri
ſtallo vel berillo. ex cui⁹ oppoſitiōe ꝯ ſola
res radios ſtuppa oppoſita accenditur ꝛ
ignitur.

## Capitulū. XLIIII

De vmbra

Vmbra eſt obiectio coꝛpis tene
broſi ꝛ opaci ad lucē ſiue corpus
luminoſuʒ. Eſt itaqꝫ vmbra triplex ſm̄
phiſicam ꝯſiderationē. Contingit enī q̄
corpus luminoſum ſit rotundū. Et ali/
quado eſt maius q̄ʒ corpus obiectū. ali
quādo equale. aliquando minus. Si eq̄
le facit vmbrā equalē ꝛ rotundā. ꝛ talis
vmbra dicit̄ chelindroides. i. equaliter
rotunda. Si min⁹ ſit obſtaculo facit vm
bram tendentē in latū ad modū calathi
et talis vmbra dicit̄ cathaloides. Si ve
ro corpus luminoſum maius ſit corpore
ſuppoſito facit vmbram tendentē in acu
tum ꝛ in conū. ꝛ talis vmbra dicitur co
noydes. Ex quo patet q̄ cū ſol ſit maioꝛ
terra facit vmbrā conoydē. Contingēte
igitur q̄ terra ſit oppoſita ſoli q̄ aſſigna
to modo ita alte dirigit vmbrā q̄ lunaʒ
attingit ꝛ eam inficiendo eclipſim lune
facit. ſed ex quo ſol tumoꝛē ſpere ꝑterit.
iſte conus tranſit ꝛ declinat in partē op/
poſitam. ꝛ tunc luna libere apparet ꝛ illu
minatur. Cū vero luna directe ſit oppoſi
ta ſoli luna facit vmbrā cathaloidem et
ideo vmbrā contra terram dirigit ꝛ eclī
pſim ꝑticularē facit. q2 talis vmbra nō
ſufficit tegere totam terrā cum a radijs
ſolis in quibuſdā partib⁹ illuminetur ꝛ
ex tali vmbra accidit eclipſis in vno cli
mate alio illuminato exiſtente. vt dicit
albu. Umbra vero caloꝛis ſolaris eſt re/
preſſiua. ſplendoꝛis radioꝝ ſolariuʒ oc
cultatiua ſterilitatis et fecūditatis ter
re inductiua. ſerpentū amica ꝛ colubroꝝ
nutritiua. eſtuantiū ꝛ itinerantiū refri
geratiua. maturitatis fructuū retarda
tiua. timoꝛis ꝛ horroꝛis melancolicis in
cuſſiua. Cum nō ſit corpus. ſpeciei corpo
ris eſt repn̄tatiua. corpoꝝ motu ꝛ quiete
eſt ſuipſius cōfiguratiua. Nam moto
corpoꝛe ſe mouet. quieſcente quieſcit. fu
gientiū eſt inſecutiua. ꝛ inſequentiū fu
gitiua. quāto enī dies eſt longioꝛ et ſol ī
celo ſtat altioꝛ tanto obiecti coꝛpis vm
bra videt̄ minoꝛ ꝛ ecōuerſo. Et ideo ſo
le oriente videt̄ vmbra maioꝛ. ſimiliter
et in occaſu q̄ʒ in meridie.

## Capitulum. XLV.

De tenebra

Tenebra eſt lucis abſentia a tenē
do dicta. Ligat enim ꝛ tenet ocu
los ne ſolem videant ſiue lucem. ꝛ ſic nī
hil eſt niſi pura priuatio. Tenebra etiā
dicit̄ aer obſcurus vel vmbra opaci coꝛ
poris vt dicit Baſi. ꝛ qualitate ꝛ ſitu lu
ci cōtrariatur. timoꝛē incutit. coloꝛum
pulcritudineʒ tollit. verecundiam dimi
nuit. ſomnolentiā nutrit.

Explicit liber octauus.